BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO FORENSE
32
7 E
2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPITULUM GENERALE

TOTIUS ORDINIS

FRATRUM MINORUM

IN CONVENTU S. P. N. FRANCISCI CIVITATIS VALENTIÆ
IN HISPANIA TARRACONENSI

Præside Illmo ; ac Rmo Domino


D. ANDRÆA MAJORAL

ARCHIEPISCOPO VALENTINO,

CELEBRATUM

ANNO MDCCLXVIII. DIE XXI. MAIJ IN SACRO PENTECOSTES FESTI PERVIGILIO.





MATRITI MDCCLXVIII.

Ex Typographia Joachimi de Ibarra.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Fr. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA,

Sacræ Theologiæ antiquus Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Virginis Conceptione Theologus, & totius Ordinis Fratrum Minorum iteratò Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, & humilis in Domino Servus.

UNIVERSIS IN CHRISTO JESU Dilectissimis Patribus, Fratribusque, ac Monialibus, Superioribus, atque Subditis, quamlibet Beatissimi Patris Nostri Francisci Regulam cùm in hac Cismontana, tum in Ultramontana Familia profitentibus, nostraque sub Obedientia Domino famulantibus, salutem in Eo, qui solus est vera Salus, plenamque in Spiritu Sancto consolationem, & pacem.

I. EX quo contigit, inſcrutabili Divinæ illius Providentiæ arcano, cujus est pro ſuo nutu (a) *infirma Mundi, & ignobilia, & ea, quæ non ſunt*, eligere, humilem

(a) 1. ad Cor. 1. 28.

servitutem nostram ad Supremam Totius Seraphici Ordinis Præfecturam, Nobis id immerentibus, secundò evehi, quintus nunc labitur annus, qui, dum suscepti abdicandi Regiminis tempus adventare jam propiùs, ter fausto Nobis omine pollicetur; admonet unà simul, ut, quod ex laudabili Majorum nostrorum Instituto fuit hactenus in more positum, quodque Apostolicæ, nostrique Ordinis Leges bene, sapienterque disponunt, ubi expirante Generalis Ministri Gubernio, indici mandant, ac peragi Generalem Electorum Conventum, in quo ad Regulæ nostræ præscriptum (a) *Electio Succeſſoris fiat*; id ipsum & Nos quàm sedulò, ac religiosè exequamur, & Vobis annuntiare pro muneris nostri debito non differamus. Cùm itaque à postremo nostro Generali Capitulo, Æræ vulgaris anno MDCCLXII. Mantuæ celebrato, Sexennium per generalia Statuta Ordinis Auctoritate Apostolica confirmata, & in primis per satis celebrem Leonis X. Bullam, *Unionis* dictam (b) universæ Franciscanæ Reipublicæ Administrationi præfixum, in Pervigilio Pentecostes insequentis anni supra millesimum septingentesimi sexagesimi octavi in diem vigesimam primam mensis Maii incidente expletum iri contingat: ea propter præfatis cùm Pontificiis, tum Ordinis nostri Constitutionibus inhærentes, Generalia ejusdemmet Ordinis Comitia die, mense, atque anno mox designatis in nostro Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Valentiæ in Hispania Tarraconensi, Patre Luminum adspirante agenda vobis omnibus præsentium Litterarum vi, ac tenore significamus, indicimus, & publicamus.

II. Dum id autem exequimur, antequam eos quibus jus est in hujusmodi Generalibus Comitiis suffragium ferre, singillatim vocemus, quid in jam memorato Mantuano Capitulo eam in rem providè statutum sit, quamquam aliàs, cùm ejusdemmet Acta Typis impressa, publicique ju-

(a) Reg. S.P.N. Francis.cap.8. (b) Const. Leon.X. incip. *Ite & vos*.

juris facta singulis utriusque Familiæ Provinciis communicari curavimus, id quoque inter cætera ad omnium notitiam pervenire fecerimus; nunc tamen specialiùs, expressiùsque vobis denuntiare, quidve fuerit exinde gestum, nè valeat quisquam ignorantiam ullam prætexere, pariformiter aperire, Officii nostri partes esse intelligimus.

III. Porrò in dicto Mantuano Capitulo, ut probè nostis, in unum omnes congregati Definitorii Generalis utriusque Familiæ Patres perquam maturè inter se se deliberantes, quonam tandem aptiori medio gravissima præjudicia, quæ ex nimio Vocalium, eorumque Sociorum ad Generalia Comitia Ordinis concurrentium numero emergebant, sin minùs penitùs amoveri, quoad fieri saltèm liceret, imminui possent, unanimi consensione, ac voto edidere Decretum (a), quod est tenoris sequentis = „ Ad evitandas „ gravissimas expensas, aliaque incommoda, quæ ex mul„ tiplicitate Vocalium, eorumque Sociorum ad Capitula „ Generalia nostri Ordinis confluentium hactenus experti „ sumus, & in dies experimur, decernit Definitorium Ge„ nerale, supplicandum esse Sanctissimo per Reverendis„ simum Patrem Ministrum Generalem pro eorundem Vo„ calium diminutione; ita quòd præter Patres Reveren„ dissimi Definitorii, & Custodes Regiminis Custodiarum „ ex unaquaque Provincia in posterum unus tantùm Voca„ lis ad Generale Capitulum accedat, Minister nempe Pro„ vincialis, si possit; & illo se se excusante, vel legitimè „ impedito, Custos, qui tantummodo secum Tertiarium „ deferat: Discreti autem Generales unum Socium vel „ Sacerdotem, vel Laicum cum Tertiario. Atque hoc De„ cretum idem Definitorium Generale mandat, Capitula„ ribus Actis esse inserendum. Dat. Mantuæ in Capitulo „Generali die VI. Junii MDCCLXII. = *Sequuntur Subs„ criptiones.*=Ita est Fr. Petrus Joannetius de Molina, Mi„ nis-

(a) Acta Capit. Mantuan. Sess. XVI. Vespert. die 6. Jun.

„ nister Generalis Totius Ordinis.= Ita est Fr. Clemens
„ de Panormo, Minister Generalis immediatus. = Ita est
„ Fr. Paschalis à Variſio, Commiſſarius Generalis.= Ita est
„ Fr. Antonius Joannes de Molina, Ex-Commiſſarius Gene-
„ ralis immediatus.= Ita est Fr. Joannes Antonius à S. Cru-
„ ce, Lector Jubilatus, & Diſcretus perpetuus. = Ita est
„ Fr. Joannes Alfaro Coronada, Procurator Generalis Or-
„ dinis. = Ita est Fr. Gregorius à Marſalia, Commiſſarius
„ Generalis Curiæ. = Ita est Fr. Carolus à Golleono, Pro-
„ curator Generalis Reformatorum. = Ita est Fr. Joannes
„ Lutre, Procurator Generalis Diſcalceatorum, & Recol-
„ lectorum.=Ita est Fr. Anacletus de Roma, Ex-Procura-
„ tor Generalis Ordinis. = Ita est Fr. Franciſcus Daniel Cri-
„ court, Definitor Generalis. = Ita est Fr. Marinus Barbé,
„ Definitor Generalis.=Ita est Fr. Antonius de Alcoba, De-
„ finitor Generalis.=Ita est Fr. Joannes à S. Maria, &
„ Lema, Definitor Generalis.= Ita est Fr. Auguſtinus Four-
„ nier, Definitor Generalis. = Ita est Fr. Joannes Baptista
„ Cervera, Definitor Generalis. = Ita est Fr. Balthaſar
„ Clotten, Definitor Generalis.= Ita est Fr. Martinus Fal-
„ lice, Definitor Generalis. = Ita est Fr. Antonius à Pla-
„ gis, Definitor Generalis. = Ita est Fr. Joseph Maria de
„ Vedano, Definitor Generalis. = Ita est Fr. Bernardinus à
„ Panormo, Definitor Generalis. = Ita es Fr. Syrus à S.
„ Georgio, Definitor Generalis.= Ita est Fr. Venuſtianus
„ Hiebel, Definitor Generalis. = Ita est Fr. Franciſcus
„ Przylzki, Definitor Generalis.= Ita est Fr. Thomas Hya-
„ cinthus ab Aſculo, Definitor Generalis. = Ita est Fr. Bo-
„ naventura ab Arſano, Definitor Generalis. = Ita est Fr.
„ Dominicus Blaſco à Tabernis, Definitor Generalis. = Ita
„ est Fr. Cherubinus à Roma, Definitor Generalis. = Ita
„ est Fr. Petrus Otero, Definitor Generalis.= *Sequitur tran-*
„ *ſumpti authentici corroboratio, & ſubſcriptio.* = Concor-
„ dat cum Originali exiſtenti in hoc Archivio Aracœlitano
„ Generali. Fr. Fortunatus de Roma, Lector Jubilatus, &
„ Archivii Cuſtos „ = *Loco* ✠ *Signi.*=

IV. His in hunc modum peractis, ac Mantuanis Co-
mi-

mitiis jam absolutis, quamprimùm Nos ad Almam Romanam Urbem transivimus, Sanctissimo Domino Nostro D. Clementi PP. XIII., quem Deus Opt. Max. in annos plurimos beet, nobisque servet incolumem, nostra, totiusque, ut præfertur, Definitorii Generalis vota exponere, utque pro sua in nos, & in universum Ordinem nostrum Clementia suprascripto Decreto, quò stabiliùs permaneat, & observetur exactiùs, inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur dignaretur adjicere, omnium pariter nomine humillimè supplicare non prætermisimus. At veró Sanctitas sua hujusmodi precibus non priùs annuendum censuit, quàm audito Emi. ac Rmi. D. Cardinalis recol. mem. Hieronymi Columna, universi Ordinis nostri Seraphici apud eandem Sanctitatem suam, & Apostolicam Sedem tum temporis Protectoris, atque Patroni, plurimùm semper, sed nuspiam satis commendandi, Voto, *omnes ipsius Ordinis Superiores*, ut ipsemet loquitur Summus Pontifex, *in Alma urbe prædicta degentes......confirmationi supradicti Decreti assentientes esse*, ex eodem comperiit. Quo demum cognito, mox Litteras suas Decretorias in forma Brevis, incipientes. = *Quæcumque* = datas *Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die V. Januarii MDCCLXIII. Pontificatus* verò sui *anno quinto*, per Emum. ac Rmum. D. Cardinalem Nicolaum Antonellum expediri, Nobisque extradi mandavit: Quibus idem Pontifex Maximus tam generalibus quibuscumque Ordinis nostri Statutis, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, quàm quibuslibet Romanorum Pontificum Prædecessorum suorum, ac nominatim Gregorii IX. Nicolai III. atque etiam Leonis X. Constitutionibus, quoad eam partem duntaxat, quæ *declarationem, & assignationem Vocalium, ad Capitula* jus obtinentium, *ab iisdem factam* quomodolibet respicit, cum amplissimis irritationis clausulis, ac derogatoriarum, ut ajunt, derogatoriis, specialitèr, & expressè annullatis, cassatis, & revocatis (salvis nihilominus quoad reliqua omnia in iis contenta, semperque firmis, ac validis remanentibus) retroscriptum Mantuanum *Decretum*, in dictis Lit-

et-

teris per extensum, atque de verbo ad verbum *præinsertum, ac omnia, & singula in eo contenta, & expressa Auctoritate Apostolica* confirmavit, & approbavit: Atque irritum, & inane decernens quidquid secùs à quopiam super his in posterum contigerit attentari, illud deinceps ab iis, ad quos pertinet, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter, in præmissis per quoscumque Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, ac definiri debere, hujusmodi Sanctione sua in perpetuum valitura constituit, & declaravit.

V. Quæ cùm ita se habeant, ut in futuro, jam à Nobis indicto Generali Capitulo, legitimè, ac rectè omnia procedant, in vim, sæpedicti Mantuani Decreti Auctoritate Apostolica, utì mox præmonuimus, approbati, & confirmati, ad præfatum Capitulum, atque ad Locum in id rei constitutum, earundem præsentium serie citamus, atque vocamus Reverendissimos Patres Clementem de Panormo, Ex-Ministrum Generalem Ordinis: Commissarium Generalem nostræ Ultramontanæ Familiæ: Antonium Joannem de Molina, Ex-Commissarium Generalem Cismontanæ hujus Familiæ: Paschalem de Varisio, Ex-Commissarium pariter Generalem Ultramontanæ: atque Commissarium Generalem Indiarum Occidentalium. Eodem quoque modo citamus, vocamusque admodum RR. PP. Procuratorem Generalem Ordinis: Commissarium Generalem Romanæ Curiæ: ac Procuratores Generales tam Reformatorum, quàm Discalceatorum, & Recollectorum: nec non Definitores Generales utriusque Familiæ: utì etiam RR. PP. cùm nostros Secretarios Generales Ordinis, tum omnes, ac singulos Provinciarum Primi, ac Tertii Ordinis Pœnitentium, *Ministros Provinciales, si possint; & illis se se excusantibus, vel legitimè impeditis*, earumdem Provinciarum *Custodes*; ita tamen, *ut ex unaquaque Provincia unus tantùm Vocalis accedat*: Atque insuper *Custodes Regiminis Custodiarum*: itemque Guardianos Sacri Montis Sion, & Magni nostri Parisiensis Conventus: ac quotquot denique alios legitimo suffragandi ju-

jure gaudentes ad Generale Capitulum accire tenemur.

VI. Ne autem ipsorum quisquam legitimè non impeditus, hac juridica nostra citatione posthabita, adventare contemnat, prædictis omnibus, eorumque singulis per Sanctam Obedientiam, atque sub pœnis in Constitutionibus generalibus contentis injungimus, ut à propriis respectivè Provinciis opportuno tempore discedentes (nisi vera, & justa causa, testimoniis fide dignis comprobanda, & à Generalis Definitorii Patribus recognoscenda excusentur,) ad ipsum Generale Capitulum tempestivè conveniant; ita quòd pro ultimo peremptorio termino, statuta die 21. Maii supradicti anni 1768. summo mane personaliter omnes in designato Conventu omninò compareant, reque ipsa Electionibus ibidem faciendis intersint.

VII. Unà tamen simul, ut omnis aditus cuilibet confusioni pro viribus præcludatur, districtè vetamus, nè quisquam Vocalium, à Nobis specialiter non exemptus, Civitatem Valentinam, ipsumve Capitularem Conventum ante Sabbatum immediatè subsequens post Festivitatem Ascensionis Jesu-Christi Domini nostri ejusdemmet anni sub quovis prætextu ingredi attentet. Solos excipimus Reverendissimi Definitorii Generalis Patres, quibus liberum facimus, ac assentimur, ut integro octiduo ante prædictum Sabbatum infra Octavam Ascensionis Dominicæ ad memoratum Capitularem Conventum possint accedere.

VIII. Ad hæc, ut Decretum suprà relatum in postremo nostro Generali Capitulo editum, Confirmationisque Apostolicæ patrocinio, uti præjactum est, communitum, integrum suum sortiatur effectum, sub pœna privationis suffragii, absque ulla indulgentiæ spe subeunda, præcipimus, ut uniuscujusque Provinciæ Minister (vel respectivè Custos) ad Decreti ejusdem normam, atque præscriptum, *tantummodo secum Tertiarium deferat: Discreti autem Generales unum Socium vel Sacerdotem, vel Laicum cum Tertiario.*

IX. Omnes verò monemus in Domino, ac per Viscera Jesu-Christi rogamus, & obtestamur, ut tam euntes, quàm

redeuntes ubique locorum (a) *in Sapientia ambulantes ad eos, qui foris sunt*, & eo utentes sermone, qui semper *in gratia, sale sit conditus*, neque uspiam loquentes nisi (b) *quæ decent sanam doctrinam*; verba autem (c) *prophana*, *&* *vaniloquia*, quæ *multùm proficiunt ad impietatem*, devitantes omninò, studiosissimè satagant (d) *ab omnia specie mala* cavere (e); *nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur Ministerium nostrum*, & Minoriticum Institutum. Quin potiùs semetipsos (f) *in omnibus, sicut Dei Ministros*, Virosque Apostolicos, & Seraphicos, Vitæ Evangelicæ Professores, ac Magni Pauperum Patriarchæ Filios exhibeant, *in multa patientia, in necessitatibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in charitate non ficta.* Uno verbo (g) *tanquam advenæ, & peregrini omnem conversationem habentes bonam in omni loco*, adeò, ut ipsorum (h) *modestia nota sit omnibus hominibus*, se ipsos præbeant (i) *exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate.....ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere* de ipsis; ipsi autem ubique cum Apostolo Paulo verè dicere, ac ingeminare possint (k) *Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salvi fiunt, & in iis, qui pereunt.*

X. Et quoniam cautum est, ut in posterum Soli Ministri, non item Provinciarum Custodes, nisi cùm primi legitimè sunt impediti, ad ferendum in Comitiis Generalibus Votum concurrant; ideò ipsis committimus, ut ea omnia secum deferant Documenta, quæ juxta veterem, ac laudatissimum Ordinis morem, nostrarumque Constitutionum præscriptum præfati Custodes aliàs consueverant, ac tenebantur adferre. Præsertim verò Catalogum, in quo, præter Conventuum, Fratrum, Monialiumque viventium, atque etiam ab ultimo Generali Capitulo defunctorum, seu

res-

(a) Ad Colos. 4. 5. (b) Ad Tit. 2. 1. (c) 2. Ad Tim. 2. 16. (d) 1. Ad Thessal. 5. 22. (e) 2. Ad Cor. 6. 4. (f) Ibid. v. 4. & seqq. (g) 1. Petr. 1. 11. (h) Ad Philip. 4. 4. (i) Ad Tit. 2. 7. (k) 2. Ad Cor. 2. 15.

respectivè defunctarum numerum, illarum quoque personarum Nomina, quæ sub Seraphici Parentis nostri vexillo cum Sanctitatis fama, signisve, ac miraculis celebres decesserunt; nec non eorum omnium, qui actu aut Terræ Sanctæ servitio inveniuntur addicti, aut infidelium conversioni operam navant, pariformiter nomina, & officia clarè, distinctèque adnotata legantur: Rerum insuper notabilium, quæ in singulis seu Provinciis, seu Custodiis à proximè elapso Generali Capitulo contigerunt, authentica Instrumenta: Itemque Indiculum Operum omnium, quæ vel eo ex tempore fuere prælo subjecta, vel posthac typis evulganda parantur: Novas itidem Provinciarum, aut Custodiarum Erectiones, aut Divisiones, vel Fundationes Conventuum: & si quæ sunt alia scitu, ac memoratu digna, hæc omnia dicti Provinciales Ministri secum in forma authentica, & ut fieri suevit, asportare omninò curabunt.

XI. Insuper omnibus Terræ Sanctæ Commissariis, cujuscumque Regni, aut Nationis existant, eorumque singulis harum virtute, atque sub pœna privationis Officii, aliisque Definitorii Generalis arbitrio infligendis, mandamus, atque præcipimus, ut Eleemosynarum ad propriam uniuscujusque Commissionem spectantium, illarumque Administrationis Ratiocinia, seu Computus adamussim Statutorum Ordinis per legitimæ probationis Documenta firmatos, roboratosque, nec non ad normam Formularii ex Decreto postremæ Congregationis Generalis (a) habitæ mense Majo præteriti ann. MDCCLXV. in Sacro Montis Alvernæ Cœnobio, eam in rem instructi, approbati, vulgatique jam typis, rectè dispositos per eosdemmet Provinciarum Ministros, aliosve Patres Vocales ad futura Generalia Comitia transmittant.

XII. Quemadmodum autem ad Constitutionum nostrarum præscriptum seriò inhibemus, nè absentibus Generalis Capituli causa Ministris quicquam penitùs in eorun-

(a) Acta d. Congr. Gen. Sess. XII. Vespert.

rundem Provinciis usque ad ipsorum reditum innovetur, nullumque ipso facto, ac irritum declaramus, quicquid secùs fieri quavis de causa contingeret : Ita sub pœna apostasiæ gravissimæ, aliisque cùm à Legibus contra inobedientes, & refractarios latis, tum à Nobis pro culpæ modo imponendis vetamus, nè præter Patres Vocales, superiùs jam recensitos cum suis respectivè Sociis, ullus prorsùs absque speciali nostra licentia sub quovis prætextu, aut quæsito colore ad præfatum Generale Capitulum se conferre, aut eum in finem è propriæ Provinciæ termino exire temerè audeat, vel præsumat. Quam itidem pœnam Vocales illos contrahere ipso facto volumus, ac declaramus, qui Nobis aut inconsultis, aut expressè non annuentibus, qualicumque seu curiositatis explendæ, seu expediendorum negotiorum causa à recto tramite, quo à propria uniuscujusque Provincia ad præfixum Capituli Locum regulariter itur, notabiliter declinare non pertimescerent.

XIII. Postremò, quia probè intelligimus, firmiterque credimus, quòd (a) *omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre Luminum*; neque aliunde felix rerum nostrarum eventus est expectandus, præterquam ab Eo, qui (b) *omnia opera nostra speratus est nobis*; & in cujus manibus (c) positæ sunt hominum sortes (quoniam etsi ab hominibus (d) *mittuntur sortes in sinum*, ea tamen *à Domino temperantur*,) omnisque labor noster (e) vanus est prorsus, atque in nihilum recidunt vigiliæ nostræ, nisi Dominus ipse domum nobis ædificet, ac Civitatem custodiat : idcirco, ut ea omnia, quæ in dicto Generali Capitulo sunt pertractanda, optimum finem sortiantur, operæ pretium est, ut acceptis hisce nostris Encyclicis Litteris, iisdemque in singulis Provinciarum omnium, Custodiarumque Conventibus, ut moris est, & ubique fieri expressè jubemus, solemniter per-

(a) Jac. 1. 17. (b) Isai. 26. 12. (c) Psalm. 30. 16. (d) Prov. 16. 33. (e) Psalm. 126. 1.

perlectis, promulgatisque piæ, ac fervidæ absque ulla intermissione, ad Deum preces fundantur. Quod, cùm ab omnibus fieri, & vehementer cupiamus, & sollicitè commendemus, hinc uberrimo Sanctæ Obedientiæ merito, quod specialiùs in eum finem orantibus impertimur, addito quoque Præcepto universis mandamus, ut à Paschate Resurrectionis Dominicæ anni prædicti 1768. usque ad Sanctum Pentecostes diem quinta cujusque hebdomadæ Feria, solemni Festo non impedita, celebretur cum cantu Missa de Spiritu Sancto, deque eodem *Collecta*, ut dicitur, in Missis privatis à cunctis Sacerdotibus adjiciatur. In Choro autem post Matutinum, Missam Conventualem, ac Vesperas, Hymnus *Veni, Creator Spiritus*, cum Versiculis, & Orationibus de eodem Spiritu Sancto, de Immaculata Deiparæ Conceptione, deque Beatissimo Patre nostro Francisco, diebus singulis recitetur. At à Festo Ascensionis D. N. J. C. usque ad ipsum inclusivè diem celebrationis Capituli per Ecclesias, & Claustra solemnes Processiones matutinis horis quotidie peragi, ac in iis Litanias Sanctorum cum respectivis Precibus, & Orationibus cantari præcipimus. Adveniente demum Pentecostes Vigilia, Religiosi omnes, itidemque Moniales (quibus omnibus, ut eodem, ac binis aliis immediatè præcedentibus diebus per quemcumque approbatum nostri Ordinis Confessarium à quibuslibet Casibus, & Censuris Nobis reservatis absolvi queant, per præsentes Litteras indulgemus) dolorosam peccatorum suorum Confessionem emittent; sicque universi benè loti, ac mundi ad Altare Domini accedent, Sacerdotes quidem ut Hostiam puram, Sanctam, immaculatam, ac Deo placentem immolent; reliqui verò, ut inter Missarum solemnia de Spiritu Sancto, quæ Die illa summo manè celebrari, atque consueta Processione concludi volumus, Sacrosanctum Corpus Dominicum devotissimè accipiant.

XIV. Hi porrò sunt, Fratres nostri in Domino dilectissimi, Christianæ pietatis actus, quibus diu, noctuque Vos esse oportet intentos, Deum ac Patrem Domini Nos-

Nostri Jesu-Christi suppliciter obsecrantes, ut talem nobis provideant Successorem, qualem Paulus postulabat Episcopum (a): Virum scilicet *irrepræbensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, doctorem, modestum; non litigiosum, non cupidum* (b), *non superbum, non iracundum*; sed *sinè crimine, sicut Dei dispensatorem, justum, sanctum, qui potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere* (c); valeatque *virtute irrumpere iniquitatem*; & egregiè (d) sectetur *justitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem cum iis, qui invocant Dominum de corde puro*: Virum (e) *boni testimonii, plenum Spiritu Sancto, & Sapientia*; qui Sanctissimi Parentis Nostri Personam dignè in se repræsentans, & se ipsum curet (f) *probabilem exhibere Deo, Operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis*; & (g) *Zelum Dei*, purioremque Sacræ Regulæ nostræ, Disciplinæ Religiosæ, ac Legum omnium observantiam *zelando*, abusuum quidem, & corruptelarum omnium (h) zizania evellat, & destruat, vitiaque, ac peccata disperdat, & dissipet (i); *quæcumque* autem *sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc* verbo, & exemplo ædificet, atque plantet: Illum ipsum denique Virum nobis eligendum ostendat (k), quem ipsemet Dominus, qui corda novit omnium, elegerit, *accipere locum Ministerii hujus*, à quo Nos brevi abdicare non tam debemus, quàm cupimus.

XV. Inter hæc verò valdè Nobis est cordi, Vosque impensè adhortamur, ut sive in supradictis, sive in aliis precibus vestris tam publicis, quàm privatis pro perenni Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ XIII. incolumitate, S. R. E. exaltatione, hæresum extirpatione, Christianorumque Principum prosperitate, & concordia, nec

non

(a) 1. Ad Tim. 3. 2. (b) Ad Tit. 1. 8. & 9. (c) Eccli. 7. 6. (d) 2. Ad Tim. 2. 22. (e) Act. 6. 3 (f) 2. Ad Tim. 2. 15. (g) 1. Mach. 2. 54. (h) Jerem. 1. 10. (i) Ad Philip. 4. 8. (k) Act. 1. 25.

non pro Emo. ac Rmo. D. Cardinali Torrigiani, Totius Ordinis nostri Vigilantissimo Protectore, iisque omnibus, quibus Religio nostra universa Patrocinii, Munificentiæ, aut cujusque Beneficii jure manet obstricta, ferventer orare, atque à Bonorum omnium Largitore Supremo felicia quæque iisdem precari nuspiam cessetis. Ac tandem Charitatem vestram plurimùm obsecramus, ut ad veniam culparum omnium, quas aut infirmitate, aut negligentia nostra in publica re gerenda contraximus, à Deo Misericordiarum Patre impetrandam orationibus vestris Nos adjuvetis. Quanquàm enim (a) *Deo manifesti sumus* (speramus *autem, & in conscientiis vestris manifestos nos esse*), quòd scienter (b) *neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus*; quin imò solliciti semper (c), *nè quem vestrum gravaremus*, nihil eorum Nos prætermisisse voluntate nostra confidimus, quæ majori Provinciarum, Conventuum, Subditorum omnium, totius denique Ordinis tranquillitati, decori, ac profectui consentanea esse cognovimus; eoque ex tempore, quo gravissimo oneri humeros supposuimus (d) *fuistis vos* semper *in cordibus nostris*, nec ullam *requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus, foris pugnæ, intùs timores*, ut vestra commoda curaremus (e): Non in hoc tamen justificati sumus. Enimverò (f) *delicta quis intelligit*? Quis novit occulta pensare peccata? Quis ignorantias, & negligentias nostras dinumerare potest? Cùmque Nos minimè lateat, quòd (g) *judicium durissimum his, qui præsunt, fiet*: propterea in sincera, & humili erratorum nostrorum confessione (h), faciem Domini præoccupantes, Vos etiam, atque etiam rogamus, ut Eundem pro Nobis jugiter exoretis, nè Nos (i) judicet *ex operibus, quæ fecimus nos*; *sed secundùm suam misericordiam* indulgeat, *& salvos nos faciat per Jesum-Christum*

(a) 2. Ad Cor. 5. 11. (b) Ibid. 7. 2. (c) 1. Ad Thessal. 2. 9. (d) 2. Ad Cor. 7. 3. & 5. (e) 1. Ad Cor. 4. 4. (f) Psal. 18. 13. (g) Sap. 6. 6. (h) Psal. 94. 2. (i) Ad Tit. 3. 5.

tum Salvatorem noſtrum; in quo & Nos unumquemque veſtrum complectimur in viſceribus charitatis, & Benedictionem Seraphicam omnibus elargimur.

Dat. ex hoc noſtro Conventu S. Patris Nri. Franciſci Hiſpalis, die 26. menſis Octobris, anno 1766.

Fr. Petrus Joannetius de Molina,
Miniſter Generalis.

De mandato Rmi. in Chriſto Patris,

Fr. Antonius de Conſuegra,
Secretarius Generalis Ordinis.

RE-

Digitized by Google

PATRES REVERENDISSIMI Definitorii Generalis , & plerique Vocales Valentiam ingressi Civitatem , & in loco Capitulari constituti, tum ad negotia Ordinis expedienda , tum ad novas faciendas electiones processerunt, prout sequitur.

SESSIO I. VESPERTINA.

***Die* 12. *Maii* 1768.**

BRevi, ac zelo plena allocutione facta, omnibus Definitorii Generalis utriusque Familiæ Patribus præsentibus, per Rmum. P. N. Ministrum Generalem ; ipse Rmus. approbantibus omnibus supradictis Patribus deputavit me Fr. Joannem Baptistam Servera, Definitorem Generalem, in ejusdem Rmi. Definitorii Generalis Secretarium= Ita est Fr. Joannes Servera, Definitor Generalis.

Constito ex notorietate facti, de morte Adm. R. P. Joannis à Sancta Maria & Lema Provinciæ Legionensis 3. Ordinis Definitoris Generalis, declaratus fuit ab omnibus Definitorii Patribus Definitor Generalis substitutus loco Definitoris Generalis defuncti R. P. Minister 3. Ordinis Pronvinciæ Legionensis Fr. Josephus Rodriguez Sansian.

Item : lecta excusatione Adm. R. P. Francisci Danielis Gricourt, Definitoris Generalis Nationis Gallicæ Recollectorum, & per Patres probata, declaratus fuit substitutus R. P. Custos Provinciæ Sancti Antonii in Arthesia Fr. Arsenius Utris, ad formam Constitutionum Ordinis.

Constito pariter de legitima excusatione Adm. R. P.

Marini Barbé, Definitoris Generalis, ejusdem Nationis Galliæ Magnæ Provinciæ Turoniæ majoris, declaratus fuit loco ipsius, juxta Ordinis Statuta Adm. R. P. Ludovicus Bernart iteratò Minister Provincialis ejusdem Provinciæ, in Definitorem Generalem substitutum.

Cum nondùm pervenerint quatuor Patres Definitores Generales Familiæ Ultramontanæ, neque excusationes præsentatæ adhuc sint in Definitorio Generali, decretum est, ut expectentur tribus, aut quatuor diebus, ad decernendum quid sit faciendum juxta nostri Ordinis Statuta; sed nihilominus procedatur ad ulteriora. Sicque deputati fuerunt Auditores causarum, & Examinatores Computuum Terræ Sanctæ; & primò pro Familia Cismontana.

PRO REGULARIS OBSERVANTIÆ PROVINCIIS

Fuerunt assignati Auditores causarum

R. P. Minister Provinciæ Granatensis.= R. P. Minister Provinciæ Sancti Michaelis in Extremadura.

PRO DISCALCEATIS.

R. P. Minister Provinciæ Divi Pauli.= R. P. Minister Provinciæ Sancti Petri de Alcantara Granatæ.

PRO NATIONE GALLICA OBSERVANTIUM.

R. P. Minister Provinciæ Sancti Ludovici.

PRO RECOLLECTIS EJUSDEM NATIONIS.

R. P. Minister Immaculatæ Conceptionis Aquitaniæ.

PRO NATIONE GERMANO-BELGICA.

R. P. Minister Provinciæ Argentinensis.

PRO

PRO TERTIO ORDINE.

R. P. Minister Provinciæ Luſitanæ Tertii Ordinis.=Iidem deſignantur Reviſores Scripturarum , ſtatuum Provinciarum , & Syndicationum , ad referendum Rmo. Definitorio Generali.

Ad examinandos Computus deſignantur

R. P. Miniſter Provinciæ Cathalauniæ.= R. P. Cuſtos Provinciæ Bœticæ Obſervantium.= R. P. Miniſter Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ Diſcalceatorum.

PRO NATIONE GALLICA.

R. P. Miniſter Magnæ Provinciæ Franciæ.

PRO NATIONE GERMANO-BELGICA.

R. P. Cuſtos Provinciæ Coloniæ. = R. P. Cuſtos Provinciæ Flandriæ. Iidem , qui ſuprà, pro hac Natione, & Gallica etiam adſignantur ad examinandas Scripturas Provinciarum.

Auditores Cauſarum , & Scripturarum pro Ultramontaną Familia deputantur

PRO OBSERVANTIA.

R. P. Miniſter Provinciæ Tuſciæ.= R. P. Miniſter Provinciæ Principatus.

PRO REFORMATIS.

R. P. Miniſter Provinciæ Romanæ.=R. P. Miniſter Provinciæ S. Antonii.

PRO NATIONE ULTRAMARINA.

R. P. Miniſter Provinciæ S. Hieronymi in Dalmatia.= R.P. Miniſter Provinciæ Bavariæ.

Ad examinandos Computus Terræ Sanctæ adſignantur

R. P. Miniſter Provinciæ S. Didaci Obſervantium.= R. P. Miniſter Provinciæ Septem Martyrum Obſervantium.= R. P. Miniſter Provinciæ S. Bernardini Reformatorum.

R. P. Minister Provinciæ Majoris Poloniæ Observantium.
R. P. Custos Provinciæ Tirolensis Reformatorum.

SESSIO II. MATUTINA.

Die 13. *ejusdem mensis.*

PRobata in primis per Patres Definitorii Generalis excusatione proposita pro parte Adm. R. P. Bonaventuræ ab Arsano, Definitoris Generalis, se se excusantis ab accessu ad hoc Generale Capitulum, declaratus fuit Definitor Generalis Substitutus loco ipsius; Adm. R. P. Eustachius à Neapoli Ex-Procurator Generalis Ordinis, & Minister Provinciæ Terræ Laboris Observantium.

Similiter probata etiam excusatione Adm. R. P. Francisci Przylœcki Definitoris Generalis, Nationis Polonæ Provinciæ Lithuaniæ Observantium declaratus fuit per Patres substitutus loco ipsius Adm. R. P. Minister ejusdem Provinciæ Lithuaniæ Fr. Juvenalis Charkiziviez.

Proposito, per Reverendissimum P. Ministrum Generalem, facto Provinciæ Observantis Russiæ, quæ non misit ad Capitulum Generale Ministrum, neque isto impedito Custodem, sed elegit, & misit Pro-Ministrum R. Adm. Patrem Venantium Jyszkovuski; dubitatum fuit à Patribus, si posset, & deberet admitti, vel non, cum ad tramites Constitutionis Apostolicæ Sanctissimi Domini nostri Clementis XIII. in defectu Ministri Provincialis subrogetur in jure vocalitatis expressè, & præcisè Custos: & juxta Leges Ordinis minime derogatas, impedito Custode, debeat dari pro vacante Custodiatus, & eligi alius Custos? Patres nihilominus, quamquam in id consensére, quod attento litterali, & rigoroso intellectu Legum, non debeat admitti; censuerunt tamen admitti posse pro gratia, & sic admiserunt.

Et in consequentiam generaliter decreverunt pro hoc Ca-

Capitulo Generali tantummodo,quod admittantur etiam ex indulgentia alii Pro-Ministri, qui fortè accedant, dummodo ex unaquaque Provincia unus tantum Vocalis accedat, & admittatur, & absint Minister, & Custos ejusdem Provinciæ. Decernit præterea Definitorium Generale sub pœna privationis utriusque vocis per decennium, & officii, vel officiorum, quæ habeant Minister, Custos, & Definitores, etiam Generales habituales, qui amplius consentiant in electione Pro-Ministrorum, & ipsi Pro-Ministri acceptantes, & accedentes ad Capitulum Generale eisdem pœnis subjaceant, & nullo modo ad Votum admittantur.

Item: Propositis per Reverendissimum P. Ministrum Generalem excusationibus Provinciæ Transilvaniæ Reformatorum; & Provinciarum Candiæ, Bulgariæ, S. Antonii Venetiarum, & Sanctissimi Redemptoris Observantium, benignè, & ex indulgentia admissæ sunt. Tamen decreverunt Patres, quod Reverendissimus P. Minister Generalis futurus, & respectivè Reverendissimus P. Commissarius Generalis Familiæ, inquirant circa causas expositas, & urgeant opportunis mandatis etiam pœnalibus Superiores earundem Provinciarum, quatenùs minimè contraveniant præcepto Regulæ, quo præcipitur accessus legitimorum Vocalium ad Capitulum Generale juxta recentiorem Apostolicam Sanctionem, hac de re emanatam. Pari modo se se excusaverunt Provinciæ Gallo-Parisina Regular. Observ. & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & Sanctissimi Sacramenti Recollectorum ejusdem Nationis: circa quas idem censuit, & decrevit Definitorium Generale, quod immediatè statuit pro illis Ultramontanæ Familiæ.

Proposito dubio, an Custodes advenientes loco Ministrorum Provincialium occupare debeant Sessionem in Capitulo Generali, quæ correspondet Provinciæ, ex qua unusquisque mittitur, quemadmodum occupant eundem locum, & Sessionem Pro-Ministri? Responderunt unanimi consensu Patres: *affirmativè*.

SES-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SESSIO III. MATUTINA.

Die 14. Maii.

APertæ fuerunt Epistolæ aliquæ directæ ad Definitorium Generale, in quibus, vel in aliquibus earum mittebantur Scripturæ de statu Provinciæ Angliæ, & Custodiæ Sabaudiæ; & in aliis continebantur negotia particularia: quæ omnia remissa fuerunt per Patres, ad Auditores Causarum, & Revisores Scripturarum, ut tempore debito referantur coram Reverendissimo Definitorio.

SESSIO IV. MATUTINA.

Die 15. Maii.

IN hac, inquam, Sessione legitimati fuerunt ex hac Familia Cismontana plurimi Vocales juxta Statuta Ordinis. Eadem ipsa die, cum Sanctissimus Dominus noster Clemens Papa XIII. Eminentissimum Dominum Bonaventuram S. R. E. Cardinalem de la Cerda Indiarum Patriarcham, Capituli hujus Generalis Præsidem delegerit, & constituerit, cum facultate subdelegandi in casu, &c. & ipse Eminentissimus Dominus Cardinalis Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Andream Majoral Archiepiscopum Valentinum, cum omnibus facultatibus sibi concessis, & similibus Præsidentibus concedi solitis, subdelegasset; statuta hora sexta circiter post meridiem, ipse Illustrissimus, ac Reverendissimus Archiepiscopus, cum amplissimo suo Comitatu ad Ecclesiam, & Domum hanc Capitularem accessit, ibique à Reverendissimo P. Ministro Generali, cæterisque Patribus vocalibus, ea, qua par erat reverentia, lætitia, & plausu exceptus, & usque ad Aram maximam, & Thronum sibi paratum processionaliter perductus, fusis de more ad Deum precibus, per R. P. Secretarium Generalem, Breve Apostolicum cum subdelegatione, ipsi Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino com-

commiſsa, lectum fuit, & publicatum: Statimque à Reverendiſsimo Patre Miniſtro Generali, nomine totius præſentis, & annuentis Capituli, ei debita obedientia ſubmiſsè præſtita fuit. Tenor autem Brevis, & Subdelegationis eſt, ut ſequitur.

Bonaventura de Corduba Miſeratione Divina Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter, Cardinalis de la Cerda, & Sancti Caroli, Patriarcha Indiarum, Capellanus, ac Eleemoſynarius Major Sereniſsimæ Catholicæ Majeſtatis, ejuſque Regius Conſiliarius, Rector, ac Adminiſtrator perpetuus Curæ Animarum, Judex Ordinarius Eccleſiaſticus ejus Regiæ Capellæ, Domus, & Aulæ, aliatumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, Collegiorum, Hoſpitalium, Palatiorum, & Situum Regiorum cum territorio ſeparato verè nullius, ac Juriſdictione omnimoda Epiſcopali, vel quaſi, &c. nec non Capellanus Major, & Vicarius Generalis Regiorum Exercituum Maris, & Terræ ejuſdem Sereniſsimæ Catholicæ Majeſtatis, &c.

Venerabili in Chriſto Fratri noſtro Archiepiſcopo Valentino ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem. Nuper Sanctiſsimus Dominus noſter Dominus Clemens Divina Providentia PP. XIII. per ſuas litteras in forma Brevis ſub die 24. Martii anni currentis expeditas, Nos in Præſidentem Capituli Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia in Civitate Valentiæ de proximè celebrandi cum auctoritate, & facultatibus opportunis, ac etiam ſubdelegandi, eligere, & deputare dignatus eſt, prout ex eiſdem Apoſtolicis litteris apparet, quarum tenor talis eſt, videlicet: = Dilecto Filio noſtro Bonaventuræ S. R. E. Presbytero Cardinali de Corduba Spinola de la Cerda nuncupato. = Clemens PP. XIII. Dilecte Fili noſter Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum ſicut accepimus, Capitulum Generale Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, in Civitate Valentina prope diem benedicente Domino celebrandum ſit, Nos cupientes, ut Capitulum hujuſmodi rectè, & fideliter ad Dei gloriam, dictique Ordinis utilitatem ce-

celebretur, Te, de cujus fide, pietate, prudentia, integritate, & religionis zelo plurimum in Domino confidimus, in dicto Capitulo Generali nostro, & Sedis Apostolicæ nomine Præsidentem, cum auctoritate, facultatibus, honoribus, & oneribus similibus Præsidentibus competentibus, & aliàs solitis, & consuetis, & cum facultate, quando Tu, actibus Capitularibus interesse non poteris, aliquam Personam Ecclesiasticam, Sæcularem, sivè Regularem in Dignitate Ecclesiastica constitutam Tibi benè visam, in Tui locum ad hujusmodi Præsidentis munus obeundum cum auctoritate, & facultatibus Tibi per præsentes concessis, substituendi auctoritate Apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus. Teque in Domino hortamur, & monemus, ut Capitulum hujusmodi fideliter regere, ac in illo omnia, & singula, quæ ad prosperum totius Ordinis hujusmodi regimen, & gubernium pertinent, decerni, statui, & ordinari cures, & facias. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ dilectis filiis memorati Ordinis Superioribus quocumque nomine nuncupatis, cæterisque fratribus, ac specialiter Vocalibus in dicto Capitulo congregatis, aliisque, ad quos pertinet, ut Te in ejusdem Capituli, nostro, & Sedis prædictæ nomine Præsidentem reverenter suscipiant. Tibique, & per Te substituendæ Personæ prædictæ in omnibus ad Præsidentis hujusmodi officium pertinentibus pareant, obediant, & adsistant, Tuaque, & ejusdem Personæ substituendæ salubria monita, & mandata, ac jussa reverenter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in

suo

suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XXIV. Martii MDCCLXVIII. Pontificatus nostri anno X. = Andreas Cardinalis Nigronus. Loco ✠ Annuli. = Verum cum Nos, qui easdem Apostolicas Litteras, ea, qua par est reverentia acceptavimus, prout denuò acceptamus, aliis simus gravibus curis, negotiis, & muneribus præpediti, ita ut ad prædictam Civitatem Valentinam Nos conferre, & præfato Capitulo Generali, illiusque actibus, & congressibus interesse nequeamus, facultate Nobis specialiter in eisdem Apostolicis Litteris concessa utendo, Fraternitatem tuam, de cujus fide, Religionis zelo, prudentia, & integritate planè in Domino confidimus, in prædicti Capituli Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, in præfata Civitate Valentina de proximo celebrandi: Præsidentem cum auctoritate, facultatibus, honoribus, & oneribus similibus Præsidentibus competentibus, & alias solitis, & consuetis auctoritate Apostolica nobis concessa, tenore præsentium eligimus, constituimus, & deputamus; ipsasque Apostolicas Litteras in omnibus, & per omnia juxta illarum continentiam, formam, & tenorem, in Fraternitatis Tuæ Personam substituimus, & subdelegamus. Eandemque Fraternitatem Tuam in Domino hortamur, & monemus, ut Capitulum hujusmodi fideliter regere, ac in illo omnia, & singula, quæ ad prosperum totius Ordinis hujusmodi regimen, & gubernium pertinent, decerni, statui, & ordinari cures, & facias. Mandamus propterea in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis dilectis filiis memorati Ordinis Superioribus quocumque nomine nuncupatis cæterisque Fratribus, ac specialiter Vocalibus in dicto Capitulo congregatis, aliisque ad quos pertinet, ut Fraternitatem Tuam in ejusdem Capituli prælibati Sanctissimi Domini nostri Papæ, & Sedis Apostolicæ nomine Præsidentem reverenter suscipiant, habeant, & recognoscant. Ti-

bique in omnibus ad Præsidentis hujusmodi officium pertinentibus pareant, obediant, & adsistant, tuaque salubria monita, & mandata, ac jussa reverenter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent. Non obstantibus omnibus illis, quæ prædictus Sanctissimus Dominus noster PP. in præfatis suis Litteris voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum in Regio Situ de Aranjuez die decima nona mensis Aprilis anni millesimi septingentesimi sexagesimi octavi. = B. V. Cardinalis de la Cerda, & à Sancto Carolo. = De mandato Eminentissimi Domini Domini mei = Dominus Augustinus à Buzuaga Secretarius.

Infrascriptus Secretarius Generalis Ordinis fidem facio, & attestor, quod die quinta decima hujus mensis Maii hora quarta vespertina Reverendissimus Pater noster Minister Generalis Fr. Petrus Joannetius de Molina, omnes Reverendissimi, & RR. Adm. Patres Capitulares, Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Dominum Andream Majoral Valentinæ Ecclesiæ præclarum Archiepiscopum, in ipso Ecclesiæ Sancti Patris nostri Francisci Conventus limine solemni pompa receperunt, & sub Pallio cum *Te Deum* ad Capellam dictæ Ecclesiæ principalem usque comitati fuerunt, in qua sellam sibi paratam adsumens, litteras Sanctissimi Domini nostri Papæ Clementis XIII. & Eminentissimi Domini Cardinalis S. R. E. & Patriarchæ D. Bonaventuræ de Corduba mihi consignavit, & præbuit, ut alta, & intelligibili voce perlegerem omnibusque notas facerem, prout supra patent. Quibus auditis, & intellectis, illicò Reverendissimi Capitulares omnes debita cum submissione, reverentia, & obedientia paribus, dictum Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Capituli Generalis Ordinis die vigesima prima dicti mensis celebrandi Præsidem acceptarunt. Quod quidem expressis verbis Reverendissimus Pater noster Minister Generalis Fr. Petrus Joannetius de Molina solita modestia omnium nomine, & coram omnibus; Illustrissimo, & Reverendissimo Archiepiscopo exposuit. In cujus fidem præsens exhibeo testimo-

Digitized by Google

monium, quod propria manu subscribo, signoque solito munio in hoc Sancti Patris nostri Francisci Valentino Conventu, eadem die quinta decima mensis Maii, anni Domini millesimi septingentesimi sexagesimi octavi. = In veritatis ✠ testimonium. = Fr. Joannes Bermudez de Castro Secretarius Generalis Ordinis.

SESSIO V. MATUTINA.

Die 16. Maii.

LEgitimati fuerunt in hac Sessione omnes ferè utriusque Familiæ Vocales ad præscriptum Statutorum Ordinis.

SESSIO VI. MATUTINA.

Die 17. Maii.

EXpectato usque ad hanc diem Ministro, aut Custode Provinciæ Aquitaniæ antiquioris, ut in persona illius fieret substitutio Definitoris Generalis per mortem Adm. R. P. Augustini Tournier ejusdem Provinciæ Alumni, omnes Patres inhærentes aliàs decretis in Sessione prima Definitorii Generalis habita die 12. currentis Maii, declaraverunt ad præscriptum Statutorum Ordinis R. Adm. P. Bonaventuram Deunié Ministrum Provincialem Sancti Ludovici in Gallia Definitorem Generalem substitutum locò defuncti, quoniam compertus est unicus Minister Provincialis ex congerie illarum Provinciarum, ad quas pertinet Definitoriatus Generalis.

Item legitimati fuerunt RR. Pater Minister Reformatorum Marchiæ, & Pro-Minister Provinciæ Assumptionis B. M. V. de Paraguay.

Proposito supplici libello pro parte Provinciæ minoris Poloniæ Familiæ Ultramontanæ Reformatorum; & visis, ac maturè perpensis iis omnibus, quæ Statuta Generalia præscribunt in casu quo tempore accessus Minis-

trorum Provincialium ad Capitulum Generale moriatur extra Provinciam Minister: & etiam quid faciendum sit, si non tantum Minister obierit, sed etiam Commissarius relictus ad Provinciam gubernandam, videlicet, quod eo casu minimè fiat electio Vicarii, nec Commissarii, sed quod Pater dignior existens in Provincia, eam gubernet cum titulo, & auctoritate Vicarii Provincialis; decrevere Patres, quod serventur hæc Statuta in præfata Provincia minoris Poloniæ: & propterea declaraverunt, & mandaverunt, quod ille Pater Definitor, qui primum locum tenet in Definitorio adsumat sigilla Provinciæ, eamque gubernet cum titulo, & auctoritate Vicarii Provincialis usque ad proximum Capitulum Provinciæ. Idque fieri, & servari mandarunt.

Item propositis pro parte ejusdem Provinciæ minoris Poloniæ sequentibus dubiis, appositæ fuerunt à Patribus sequentes resolutiones. Primum: An absque speciali licentia Reverendissimi P. Commissarii Generalis Vicario Provinciali concessa, sed illa tantum priori Patri Provinciali data, potuerit jure præsidere, & celebrare Congregationem? Responderunt Patres *affirmativè*. Secundum: An posito quod illa licentia fuerit valida, necessaria sit confirmatio Reverendissimi Patris Superioris Generalis in favorem Vicarii Provincialis, ut suum officium exerceat, & ut verus Superior Provinciæ agat? Responderunt *negativè*.

Item, tempore secundæ intermediæ Congregationis mortuus est P. Provinciæ, & etiam Custos actualis: hinc ob impotentiam Patris Vicarii Provincialis ad proficiscendum in Hispaniam, necessariò debuit eligi novus Custos Vocalis, & electus fuit in Custodem primus Definitor, in Definitorem verò ob defectum Patrum Provinciæ, & ex Custodum, antiquior ex Definitor fuit subrogatus: quæritur an subrogatio duorum Definitorum fieri potuit à Vicario Provinciali cum duobus tantum Definitoribus, absente Custode Vocali, ob motivum Capituli Generalis? Responsum fuit à Patribus *affirmativè*.

Præ-

Digitized by Google

Præterea, & Vicarius Provincialis mortuus est in actu Visitationis canonicæ, qui adhuc vivens postulavit à Reverendissimo Patre Commissario Generali Visitatorem, qui etiam fuit destinatus. Hinc quæritur ad quem de jure spectent sigilla, an videlicet ad Definitorem primum actualem, vel ad seniorem habitualem, vel quomodocumque subrogatum? Responderunt Patres, pertinere ad eum, qui primum locum tenet in Definitorio ex electis in ultimo Capitulo.

Ulterius, an ille, qui recipit sigilla, possit absente Custode, ad electionem Vicarii Provincialis devenire? Et responsum fuit non debere deveniri ad electionem alterius Vicarii Provincialis, sed primus Definitor ex electis in ultimo Capitulo, gubernare debet Provinciam usque ad celebrationem Capituli prout in Decreto.

Adhuc dubitatur, an hujusmodi Superior interinus possit de jure visitationem complere à Vicario Provinciali defuncto incœptam, ante Visitatoris ingressum in Provinciam? Responderunt Patres *affirmativè.*

Amplius, an Custos à Capitulo Generali redux, sit censendus primus Pater, & per consequens eidem tradi debeant sigilla; & illi soli competat convocare Definitorium pro electione Vicarii Provincialis? Responsum fuit *negativè.*

Denique, an stante hoc statu Provinciæ, si Visitator retardasset ingressum in Provinciam usque ad electionem Reverendissimi Generalis, & per consequens jam spirato officio Reverendissimi Patris Commissarii Generalis possit vi Delegationis à dicto Reverendissimo factæ ingredi Provinciam, & Visitatoris officio fungi? Responderunt Patres *negativè.*

Tandem posito quod non competeret ulla jurisdictio, & tamen ipse bona fide sit ingressus Provinciam, rogat, ut ob locorum distantiam, & difficilem ad Superiorem Generalem recursum, cum ipso pro sui officii prosequutione dispensetur. Decreverunt Patres: Remittitur Rmo. P. Ministro Generali Neo-Electo, qui id statuet, quod sibi in Domino magis expedire videbitur.

SES-

Die 18. *Maii.*

LEctis, ac maturè perpenſis Scripturis Syndicationum ab Adm. RR. Diſcretorii Generalis Patribus, nedum nihil inventum eſt querimoniæ contra Reverendiſſimum P. Miniſtrum Generalem, Reverendiſſimum P. Commiſſarium Generalem, nec contra aliquem ex officialibus Curiæ; quin potiùs Provinciæ omnes gratias innumeras rependunt Reverendiſſimis ſuprà dictis Superioribus pro eorum zelo, & dexteritate, ac ſolertia in regimine adhibitis, ac propterea maxima laude dignos exiſtimant, uti etiam ipſi prædicti Generalis Definitorii Patres adſerunt, atque teſtantur, & æternam ſupradictis Reverendiſſimis Patribus à D. O. M. poſtulant retributionem.

Die 19. *&* 20. *Maii.*

INcœpto, & peracto ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Præſide, hiſce duobus diebus Scrutinio tam Ciſmontanæ, quàm Ultramontanæ Familiæ Vocalium, cum probè innotuiſſet majorem Vocalium partem utriuſque Familiæ ſtare pro Reverendiſſimo P. Fr. Paſchale à Variſio ex Commiſſario Generali Ultramontanæ Familiæ, monito de hoc Reverendiſſimo P. Miniſtro Generali, certiores fecit omnes Vocales poſt ſolis ultimæ diei occaſum, ad dirigendam diei ſequentis electionem.

Die 21. *Maii.*

IN hoc Pentecoſtes pervigilio hora ſeptima matutina, Sacro ad implorandum lumen, & illapſum Spiritus Sancti devotè, atque reverenter celebrato, facto ſigno, omnes Patres Vocales Templum ingreſſi ſuis in locis conſederunt. Accedente verò Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino Comitiorum Generalium Præſide, omnibuſque Voca-

li-

libus præſentibus proprio nomine vocatis, & clara voce reſpondentibus, *adſum*; compertum eſt ex centum ſeptuaginta duobus numerum Vocalium conflari. Poſt hæc Reverendiſſimus P. Miniſter Generalis petita commiſſorum, & omiſſorum in Ordine miniſtrando venia, ſigilla Ordinis in manibus Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Præſidis obtulit, ſeque officio abdicavit. Deindè delecti fuerunt de more Diſquiſitores, & facta ab omnibus Patribus Vocalibus confeſſione, atque ab Illuſtriſſimo Præſide abſolutione impetrata, poſt Spiritus Sancti muniminis invocationem, deventum eſt tandem ad præſtanda pro Generalis Miniſtri electione ſuffragia. Retectis deinde omnium Vocalium Schedulis conſtitit in Reverendiſſimum P. Paſchalem à Variſio Sacræ Theologiæ Lectorem emeritum, ſemel, iterumque Provinciæ Mediolanenſis Reformatorum Miniſtrum Provincialem, atque Ultramontanæ Familiæ Ex-Commiſſarium Generalem, virum doctrina, morum ſuavitate, & in rebus agendis dexteritate clariſſimum, eadem ferè omnia ſuffragia confluxiſſe; ideoquè renuntiatus, declaratus, & publicatus fuit Miniſter Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum ritè, & canonicè electus idem Reverendiſſimus P. Paſchalis à Variſio; eamque electionem Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Dominus Præſes firmam, ratamque habuit; & concrematis Schedulis, apertiſque Templi janùis, ſolemnis è ſuggeſtu publicatio de more hiſce verbis peracta eſt.

In Dei nomine. Amen.

Hæc eſt Electio Reverendiſſimi P. Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum per Patres Vocales in hoc Conventu S. P. N. Franciſci Valentinæ Civitatis Capitulariter, ac legitimè congregatos anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſimo octavo, die verò vigeſima prima menſis Maii, canonicè, & ritè celebrata, præſidente in ea Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino D. Andrea Majoral Valentinæ Eccleſiæ digniſſimo Archiepiſcopo, ſpecialiter ab Emi-

Eminentiſſimo Domino Cardinali de Corduba Subdelegato, in qua quidem electione interfuerunt centum ſeptuaginta duo ſuffragia, quæ ſequenti Ordine fuerunt diſtributa.

Hic adnumerantur nomina candidatorum, & quot ſingulis ex ſuffragiis ſinguli nacti ſunt, à quibus percenſendis, ut mos eſt, duximus ſuperſedendum.

Et ego Fr. Joannes Baptiſta Servera, Definitor Generalis, unus ex Diſquiſitoribus, & compromiſſariis, virtute compromiſſi in me, & in Socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam Electionem convenerunt, & conſenſerunt præfatum Reverendiſſimum P. Fr. Paſchalem à Variſio, in quem major pars vocalium conſenſit, in Miniſtrum Generalem canonicè electum, nomino, & ſic electum denuntio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Andreas Archiepiſcopus Valentinus, & Præſes.

Ita eſt F. Ludovicus Bernart Definitor Generalis ſubſtitutus, & Diſquiſitor.

Ita eſt Fr. Euſtachius de Neapoli Definitor Generalis ſubſtitutus, & Diſquiſitor.

Ita eſt Fr. Jacobus Antonius Tuſculanus Miniſter Provinciæ Romanæ Obſervantium, & Diſquiſitor.

Ita eſt Fr. Gregorius Seiz Provincialis Argentinenſis, & Diſquiſitor.

Ita eſt Fr. Antonius de Fundo Miniſter Reformatæ Provinciæ S. Vigilii, & Diſquiſitor.

Ita eſt Fr. Joannes Baptiſta Servera Definitor Generalis, Diſquiſitor, & Capituli Secretarius.

Tunc *Te Deum* pro gratiarum actione ſolemniter decantato, Vocales, cæterique Fratres omnes ad Aram maximam per ſolemnem ſupplicationem properantes, manumque Reverendiſſimi P. Neo-Electi Miniſtri Generalis, quam demiſſiſſimè oſculantes, debitam ei obedientiam, & reverentiam exhibuerunt, innumera ſpectante populi multitudine, quæ ad Templum hac de cauſa ſe ſe contulerat.

Die

CONgregatis in mane Cismontanæ Familiæ Vocalibus, eisdemque de more suffragantibus, & præside Rmo. Ministro Generali totius Ordinis, prodiit canonica electio Rmi. P. Fr. Antonii Abian, Provinciæ Observantis Aragoniæ filii, Doctoris Theologi, ejusdemque Provinciæ Ex-Provincialis Ministri, & in alma Urbe Procuratoris Generalis Ordinis, in Commissarium Generalem ejusdem Familiæ, quæ quidem electio publicata fuit, ut sequitur.

IN DEI NOMINE. AMEN.

HÆC est electio Rmi. P. Commissarii Generalis Ordinis Minorum totius Familiæ Cismontanæ per Patres Vocales in hoc Conventu S. P. N. Francisci Valentinæ Civitatis capitulariter, ac legitime congregatos, anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo octavo, die verò vigesima secunda mensis Maii canonice, & rite celebrata, præsidente in ea Rmo. P. nostro Fr. Paschale à Varisio Ministro Generali totius Ordinis, in qua quidem electione interfuerunt nonaginta, & quatuor suffragia, quæ hoc ordine sunt distributa.

Omittuntur nomina Candidatorum, in quibus duo tantum suffragia fuerunt distributa.

Et ego Fr. Joannes Servera Definitor Generalis, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Rmum. P. Fr. Antonium Abian, in quem major pars Vocalium consensit, in Commissarium Generalem totius Familiæ Cismontanæ canonice electum nomino, & sic electum enuntio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Fr. Paschalis à Varisio Minister Generalis, & Præses.

Ita est Fr. Ludovicus Bernart Definitor Generalis Substitutus, & Disquisitor.

Ita est Fr. Gregorius Seiz Provincialis Argentinensis, & Disquisitor.

Ita est Fr. Joannes Baptista Servera Definitor Generalis, Disquisitor, & Secretarius.

Die 23. *Maii.*

IN mane hujús diei electi fuerunt Procuratores Generales Ordinis, & alii Officiales Generales in Curia Romana, prout sequitur.

In nomine Domini. Amen.

Hæc est electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Ordinis.

SUffragantibus Vocalibus Ultramontanæ Familiæ Observantium, Adm. R. P. Fr. Eustachius à Neapoli Lector Jubilatus, auctoritate Apostolica inter Procuratores Generales cooptatus, & Provinciæ Terræ Laboris Provincialis Minister, ritè, & canonicè electus fuit Procurator Generalis Ordinis, eademque electio confirmata fuit à Rmo. P. Ministro Generali die 23. Maii, anno millesimo septingentesimo sexagesimo octavo, in Conventu Capitulari S. Francisci Valentiæ. = Fr. Paschalis à Varisio Minister Generalis.

In Dei nomine. Amen.

Hæc est electio Adm. R. P. Commissarii Generalis Curiæ.

SUffragantibus Vocalibus Cismontanæ Familiæ Observantium die 23. Maii, anni Domini millesimi septingentesimi sexagesimi octavi R. Adm. P. Fr. Joannes Bermudez de Castro Lector Jubilatus Pater Provinciæ Sancti Evangelii de Mexico, & Secretarius Generalis Ordinis in Commissarium Generalem Curiæ Romanæ, ritè, & canonicè fuit electus; quam electionem Rmus. P. N. Minister Generalis Fr. Paschalis à Varisio confirmavit. = Fr. Paschalis à Varisio Minister Generalis.

In Dei nomine. Amen.

Hæc eſt electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Reformatorum.

PRopoſito per Rmum. P. Paſchalem à Variſio Miniſtrum Generalem totius Ordinis Patribus Vocalibus Reformatis Ultramontanæ Familiæ pro officio Procuratoris Generalis ejuſdem Familiæ R. P. Carolo Antonio de Samoclevo Reformatæ Provinciæ Tridentinæ S. Vigilii Lectore Emerito, & à Secretis immediati Rmi. P. Miniſtri Generalis, qui pridie pro hujuſmodi officio fuerat qualificatus à Rmis. Patribus Definitorii Generalis ejuſdem Reformatæ Familiæ, ejus canonica electio plenis votis habita eſt, & ab eodem Rmo. P. Miniſtro Generali confirmata die vigeſima tertia Maii, anno milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſimo octavo in hoc Capitulari Conventu S. Franciſci Valentiæ. = Fr. Paſchalis à Variſio Miniſter Generalis.

In Dei nomine. Amen.

Electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Diſcalceatorum, & Recollectorum in Romana Curia.

HÆC eſt electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Diſcalceatorum, & Recollectorum in Romana Curia, per Patres Vocales in hoc Conventu S. P. N. Franciſci Valentinæ Civitatis capitulariter, & legitimè congregatos, anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſimo octavo, die vervigeſima tertia Maii, canonicè, & ritè celebrata, præſidente in ea Rmo. P. N. Fr. Paſchali à Variſio totius Ordinis S. P. N. Franciſci Miniſtro Generali, in qua quidem electione convenerunt triginta ſeptem ſuffragia, quæ hoc ordine diſtributa ſunt, &c.

Et Adm. R. P. Fr. Anſelmus Lorete, Cuſtos Provinciæ S. Nicolai in Lotharingia habuit triginta ſex ſuffragia.

Et ego Fr. Antonius à Conſuegra Miniſter Provinciæ S. Jo-

Joseph, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt R. Adm. P. Anselmum Lorete, in quem major pars Vocalium consensit in Procuratorem Generalem Discalceatorum, & Recollectorum in Romana Curia, canonice electum nomino, & sic electum enuntio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. = Fr. Paschalis à Varisio Minister Generalis.

Ita est Fr. Basilius Dubois de la Vaud, Disquisitor.

Ita est Fr. Nicolaus à Salvatione Minister Provincialis Provinciæ S. Antonii Discalceatorum in Lusitania Disquisitor.

Ita est Fr. Antonius à Consuegra Minister Provinciæ Sancti Joseph Disquisitor, & Secretarius.

Die 24. mensis Maii.

PEracta est hac die electio Definitorum Generalium utriusque Familiæ.

PRO FAMILIA ULTRAMONTANA.

R. Amd. P. Fr. Leander Luegmayr Lector Generalis Minister Provinciæ Austriæ Reformatæ.

R. A. P. Fr. Claudius à Lauda Lect. Jub. Minist. Provinc. Observantium Mediolanensis.

R. A. P. Fr. Dominicus à Panormo Lect. Emeritus Minist. Prov. Vallis-Nethi Reformatæ.

R. A. P. Fr. Joannes Baptista à Scilla Lect. Jub. Minist. Prov. Septem Martyrum Observ.

R. A. P. Fr. Joannes Rusiiecki, Prædicator Generalis, Minist. Prov. Observ. Poloniæ Minoris.

R. A. P. Fr. Franciscus Antonius à Feltria, Lect. Emeritus, Minist. Prov. Venetæ S. Antonii Reformatorum.

R. A. P. Fr. Antonius à Salandra Lect. Emerit. Minist. Prov. Basilicatæ Reformatorum.

R. A. P. Fr. Jacobus Antonius à Tusculo Lect. Jub. Minist. Prov. Observ. Romanæ.

R. A. P. Fr. Joannes Dominicus à Solerio Lect. Jub. Ex-Secret. Generalis Ordinis Prov. S. Francisci Observantium.

R. A. P. Fr. Franciscus Maria ab Alassio Lect. Jub. Minist. Prov. Observ. Januensis.

Pro Familia Cismontana.

R. A. P. Fr. Franciscus Suarez Lect. Jub. Ex-Provincialis, & Custos Prov. Bœticæ Observ.

R. A. P. Fr. Gregorius Seiz Lect. Jub. Minist. Provinc. Argentinæ Recollectorum.

R. A. P. Fr. Franciscus Xaverius de Sancta Anna Lect. Theolog. & Doctor Conimbricensis Minist. Prov. Algarb. Observ.

R. A. P. Fr. Basilius Dubois de la Vaud Lect. emeritus, Minist. Prov. Immaculatæ Conceptionis in Aquitania.

R. A. P. Fr. Joseph Marin Lect. Jub. Ex-Secret. Generalis Minist. Prov. Carthagin. Observantium.

R. A. P. Fr. Antonius à Consuegra Lect. Theologus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, & Minist. Prov. S. Joseph Discalceatorum.

R. A. P. Fr. Emmanuel à Cœnaculo Lect. Jub. & Doct. Conimbricensis Minist. Prov. Lusitaniæ 3. Ordinis.

R. A. P. Fr. Bonaventura Deuniè Prædicator Generalis Minist. Prov. S. Ludovici in Gallia Observant.

R. A. P. Fr. Dominicus Daillet Doct. Sorbonicus, & Vicarius Provincialis Magn. Prov. Franciæ.

R. A. P. Fr. Bertrandus Pyckó Lect. emerit. Custos Prov. S. Joseph in Comit. Fland. Recoll.

Expletis electionibns omnibus, reassumptæ, & prosequutæ fuerunt sessiones ad negotia ordinis expedienda.

SES-

SESSIO VIII. VESPERTINA.

Die 24. Maii 1768. Utriusque Familiæ.

AUctoritate Rmi. P. Ministri Generalis Neo-Electi nominati sunt Secretarii in novo Definitorio Generali, adprobantibus cæteris Patribus. Pro Familia Ultramontana A. R. P. Fr. Joannes Baptista à Scilla Provinciæ Sanctorum Septem Martyrum Observantium Minister, & Definitor Generalis. Pro Cismontana autem Adm. R. P. Fr. Josephus Marin Provinciæ Carthaginensis Minister, & Definitor Generalis.

Ex Vocalibus pariter utriusque Familiæ Ultramontanæ, & Cismontanæ tam Observantium, quam Reformatorum, Discalceatorum, & Recollectorum, electi fuerunt, qui Causas, Postulationes, instantias, Capitulo Generali exhibitas, tamquam totius Capituli Discreti discuterent, una cum novo Definitorio Generali, pro matura earundem Causarum, Postulationum, instantiarum decisione: fuerunt autem sequentes.

Pro Familia Ultramontana Observantium.

RR. PP. *Minister Provinciæ Tusciæ.*
Minister Provinciæ Principatus.
Minister Provinciæ S. Didaci.
Minister Provinciæ Mantuæ.
Custos Provinciæ Lyciensis.
Custos Provinciæ S. Thomæ Apostoli.
Custos Provinciæ Brixiæ.
Minister Provinciæ Dalmatiæ.
Custos Provinciæ S. Ladislai.
Minister Provinciæ S. Angeli in Apulia.
Minister Provinciæ Poloniæ Majoris.

Præses = *Adm. R. P. Cherubinus à Roma Ex-Definitor Generalis.*

Pro

Pro Familia Reformatorum.

RR. PP. *Miniſter Provinciæ Romanæ.*
Miniſter Provinciæ Marchiæ.
Miniſter Provinciæ Bononiæ.
Miniſter Provinciæ Januæ.
Miniſter Provinciæ Mediolanenſis.
Miniſter Provinciæ S. Bernardini.
Cuſtos Provinciæ Terræ Laboris.
Miniſter Provinciæ Vallis Mazariæ.
Miniſter Provinciæ SS. Septem Martyrum.
Miniſter Provinciæ S. Vigilii.
Cuſtos Provinciæ Bohemiæ.

Præſes = *Adm. R. P. Bernardinus à Panormo Ex-Definitor Generalis, vel eo ſe excuſante, Adm. R. P. Thomas Hyacinthus ab Aſculo pariter Ex-Definitor Generalis.*

Pro Familia Cismontana Observantium.

RR. PP. *Miniſter Provinciæ Aragoniæ.*
Miniſter Provinciæ Burgenſis.
Miniſter Provinciæ Cathalauniæ.
Miniſter Provinciæ Immaculatæ Conceptionis.
Cuſtos Provinciæ Aquitaniæ Recentioris.
Adm. R. P. Miniſter Provinciæ Turoniæ Majoris Subſtitutus pro Definitore Generali abſente.
Miniſter Provinciæ Portugalliæ.
Miniſter Provinciæ S. Joannis Evangeliſtæ de Azores.
Miniſter Provinciæ Pietatis Diſcalceatorum.
Cuſtos Provinciæ Arrabidorum.
Miniſter Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ, Diſcalceatorum Hiſpaniæ.
Miniſter Provinciæ S. Petri de Alcantara Granatæ.
Cuſtos Provinciæ S. Paſchalis Lycienſis.
Cuſtos Provinciæ S. Dionyſii in Gallia.
Cuſtos Provinciæ Britanniæ Recollectorum.

Cuſ-

Custos Provinciæ S. Bernardini in Gallia Recollectorum.

Minister Provinciæ S. Elisabeth Thuringiæ Superioris.

Custos Provinciæ Germaniæ inferioris.

Minister Provinciæ Hiberniæ.

Custos Provinciæ Saxoniæ S. Crucis.

Minister Tertii Ordinis Provinciæ S. Michaelis Bœticæ.

Præses = *Adm. R. P. Antonius de Alcoba Ex-Definitor Generalis*: *Hoc impedito*, *Adm. R. P. Joannes Baptista Servera Ex-Definitor. Generalis*; *& hoc quoque impedito Adm. R. P. Petrus Otero Ex-Definitor Generalis.*

SESSIO IX. MATUTINA.

Die 25. Maii.

PER Definitorium Generale Familiæ Cismontanæ decreta fuerunt sequentia. *Primo*: Ad supplices preces R. Adm. P. Ministri Provinciæ Legionensis Tertii Ordinis, & Definitoris Generalis Substituti, confirmavit Definitorium Generale aliàs Decretum in ultimo Capitulo Mantuano circa Visitatorem, & Præsidem Capituli ejusdem Provinciæ; liberum tamen esse voluit Superiori Generali, tum Generali Ministro, tum Commissario Generali Familiæ visitare per se ipsum, vel omnes, vel aliquos Conventus ejusdem, semper, & quando sibi in Domino visum fuerit.

Minister Provincialis Legionensis Tertii Ordinis in Hispania postulavit, confirmari duo Decreta Capituli Generalis Mantuani anno Domini 1762. videlicet: quod ad visitationem deputetur Alumnus ejusdem Provinciæ; similiter quod deputetur Præses Capituli Provincialis ejusdem Provinciæ Alumnus, si Superior Generalis per seipsum non præsideat, propter paupertatem, & paucitatem Conventuum = Definitorium Generale ita decrevit: *Confirmantur Decreta Capituli Mantuani expressa in precibus prout petitur.*

Fr. Bartholomæus Ruvi, Lector Jubilatus Provinciæ Majoricensis, in supplici libello exposuit: Olim ferè per sexennium Philosophiam docuisse in Regali Conventu Civitatis Palmæ ejusdem Provinciæ, cum attestationibus de eo, quod cursus Philosophici, qui in prædicto Cœnobio perleguentur Regio Chirographo D. D. Philippi V. aggregari meruerunt Regiæ, ac Pontificiæ Universitati illiusmet Civitatis. Cum autem juxta Hispaniæ praxim cursus Philosophici, qui in Universitatibus leguntur pro totidem annis lecturæ Theologiæ computentur, rogat, ut tempus istius philosophicæ lectionis sibi suffragari declaretur ad bis jubilationem obtinendam. = Responsum fuit: *Juxta petita*: jura tamen quæcumque, & privilegia sibi ex jubilatione provenientia, eo ex tempore desumenda esse, quo 15. annos lecturæ absolvit, comprehenso pro prima jubilatione toto illo tempore quo legit Philosophiam in prædicto Conventu Palmæ.

Minister Provinciæ Cantabriæ petiit, confirmari Decretum Definitorii ejusdem Provinciæ adprobatum à Rmo. P. Ministro Generali immediato die 30. Maii 1761. Super quartam lecturam Theologiæ, unam pro qualibet natione ex quatuor componentibus prædictam Provinciam, ratione multitudinis Sæcularium ad præfatum Theologiæ studium concurrentium. = Rescriptum fuit: *Confirmatur Decretum Definitorii Provinciæ, ut petitur.*

SESSIO X. VESPERTINA.

Eodem die 25.

Pater Minister Provinciæ Granatensis Observantium adjungitur Discretorio Generali Cismontanæ Familiæ.

Provinciæ S. Elisabeth Thuringiæ Superioris, & inferioris habentes idem sigillum pro utraque Provincia, eisdemque ferè signis rogarunt pro mutatione sigilli, ne inconvenientia aliqua sequantur. = Definitorium Generale decrevit: *Reservato antiquæ Provinciæ S. Elisabeth Superioris*

Thuringiæ antiquo ſigillo, quo uſa eſt, & utitur uſque in præſentiarum, conficiatur novum ſigillum pro Provincia S. Eliſabeth inferioris Thuringiæ à PP. Adm. RR. Definitoribus Generalibus Nationis Germano-Belgicæ, & mittatur exemplar novi ſigilli ad Rmos. PP. Miniſtrum & Commiſſarium Generales.

Commiſſarii Viſitatores Tertii Ordinis Sæcularis, tum Conventus Ulyſſiponenſis Provinciæ Portugalliæ, tum Inſularum, ratione laboris in tali exercitio, petierunt votum in Capitulo Provinciali ſub nullitate actus electionis. = Definitorium Generale reſpondit *negativè.*

P. Emmanuel à Conceptione Amarante Provinciæ Portugalliæ, & per novem annos Commiſſarius Curiæ poſtulavit privilegia in Statutis conceſſa Definitoribus habitualibus. = Reſponſum fuit: *Serventur Statuta Ordinis.*

Pro-Miniſter Provinciæ S. Joannis Evangeliſtæ de Azores petiit privilegia à Conſtitutionibus Generalibus conceſſa PP. Provinciæ, prout conceſſa ſunt Vocalibus Ultramarinis in Capitulo Generali Valliſoletano, & Murcienſi. =Decretum fuit: *Fruatur conceſſis Cuſtodibus, & Pro-Miniſtris Ultramarinis in Capitulo Generali Romano* 1750.

Miniſter Provinciæ Algarbiorum in Luſitania petiit, ut in quolibet Conventu ex ſeptem Recollectorum poſſint tres Miſſæ quotidie applicari pro intentione ejuſdem Miniſtri, & pro tempore extituri, tum ad reparationem Conventuum propter ruinas tempore terræmotus anno 1755. tum ob inopiam Collegii Conimbricenſis, ubi ſtudia Provinciæ habentur. = Reſcriptum fuit: *Ut petitur uſque ad reparationem Conventuum, & uſque dum Provincia in meliori ſtatu ſit.*

Pro Miniſtri Indiarum, qui Capitulo Generali non interfuerunt, ſuppliciter poſtularunt privilegia ipſis Pro-Miniſtris Indiarum conceſſa, exponentes, quod bona fide acceſſerunt ad Hiſpaniæ Regnum, ignorantes, prohibitum eſſe eis ſuffragari. = Definitorium Generale decrevit: *Pro gratia ut petitur, abſque eo, quod tranſeat in exemplum in poſterum.*

Pa-

Pater Franciſcus à Sancta Martha Provinciæ Portugalliæ Chronologus petiit ut habeatur pro Lectore Jubilato de jure, & privilegia actualis Definitoris, cum ſuffragio in Capitulo Provinciali. = Reſcriptum fuit: *Serventur Statuta Ordinis.*

P. Joſephus à Miraculis Doctor Theologus Provinciæ Luſitaniæ petiit, ut Provinciæ Doctores præferantur Lectoribus minores hujus muneris annos habentibus, quam illis ſunt anni Doctoratus. = Reſponſum fuit: *Serventur Statuta Ordinis.*

Miniſter Provinciæ S. Michaelis in Bœtica Tertii Ordinis tria expoſuit. *Primum*: Ut Viſitator ſit inſtituendus ex eadem Provincia, ſicut conceſſum eſt Provinciæ Legionenſi Tertii Ordinis in Capitulo Mantuano. *Secundum*: Quod Superioribus Conventuum præcipiatur, ſatisfacere redditibus, & debitis, antequam ad Capitulum Provinciale accedant. *Tertium*: quod Vicarii Chori ſedem habeant in Communitatibus, prout in Statutis generalibus decernitur. = Reſponſum fuit: Ad primum, pro petita gratia, reſervato tamen jure Superiori Generali viſitandi per ſe ſemper, & quando libuerit, & per alium etiam ex primo Ordine, *quando cauſam gravem, & urgentem inveniat ad ſic deliberandum.* Ad ſecundum: *Superiores Locales teneantur debita contracta ſolvere antequam egrediantur ab officio.* Ad tertium: *Servetur Statutum Generale, & Provinciæ.*

Fr. Joannes de Ubillos, Lector Jubilatus Provinciæ Cantabriæ libellum expoſuit, in quo precabatur, ut Statutum fiat ad conferendum titulum Bis-Jubilati Lectoribus antea Jubilatis, laborantibus, & typis mandantibus integrum Philoſophiæ curſum. = Reſcriptum fuit: *Lectum.*

SESSIO XI. MATUTINA.

Die 26. Maii.

Ex parte Nationis Germano-Belgicæ propoſita ſunt ſeptem dubia. *Primum*: An Præſes in electionibus om-

nibus, tam Fratrum, quam Monialium habeat votum electivum, & decisivum? *Secundum*: Quomodo, & quando suffragari debeat, ut gaudere possit decisivo? *Tertium*: Quid, si sit Delegatus, & exprimatur in Delegatione cum voto? *Quartum*: An senior, seu dignior Provinciæ Pater convocans Definitorium, vacante Provincialatu, habeat votum decisivum? *Quintum*: An Ex-Definitores Generales, sive Provinciales fuerint, sive non, præcedentia gaudeant ante Provinciales actuales extra propriam Provinciam existentes? *Sextum*: An iidem præcedant Ex-Commissarios Generales Nationales, sive intra, sive extra Nationem existentes? *Septimum*: An & quomodo Definitores, & Ex-Definitores Generales subdantur Commissario Generali Nationali, aut Provincialibus Provinciæ?

Decretum Definitorii Generalis est. Ad primum: *Quod circa electiones Monialium servetur consuetudo; in electionibus tamen à Definitorio Provinciæ fieri solitis, in paritate votorum habet Præsidens votum decisivum.* Ad secundum *requiritur spatium* 24. *horarum.* Ad tertium: *Dum potiatur voto ex concessione legitimi Superioris, votum habet quoque decisivum Præsidens in Definitorio.* Ad quartum: *negativè respondetur, enim in casu electionis per scrutinium, si electio non fiat per spatium* 24. *horarum, devolvitur electio ad Superiorem Generalem.* Ad quintum: *Gaudent extra propriam Provinciam.* Ad sextum: *Serventur ultimo Decreta à Rmo. P. Ex-Ministro Generali Fr. Petro Joannetio de Molina, dum erat in officio.* Ad septimum: *Subdantur in omnibus concernentibus disciplinam regularem, in judicialibus non ita absque consensu, & licentia Ministri Generalis.*

Viso, & maturè considerato supplici libello remisso per Illmum. & Rmum. Dominum Archiepiscopum Valentinum hujus nostri Capituli Præsidem, pro parte P. Fr. Francisci Ximenez Concionatoris Provinciæ Bœticæ Regularis Observantiæ, in quo conqueritur adversus sententiam prolatam contra ipsum, & alios Religiosos ejusdem Provinciæ in simili causa versante circa legitimitatem,

tem, vel nullitatem Indultorum Apostolicorum in Romana Curia obtentorum ad adsistendum in determinato Conventu pro subventione parentum, & sororum, per Rmum. P. Ministrum Generalem immediatum; & attento quod dictus Rmus. processit in hac causa virtute specialis Decreti; & commissionis Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium. = Definitorium Generale decrevit, & declaravit: *Nullomodo pertinere ad ipsum cognoscere, neque quidquam decernere in ista causa.*

Cum tamen evidenter constet, tum in supplici libello, tum in epistola directa Illmo. ac Rmo. D. Archiepiscopo, quod absque ulla reverentia, & respectu nominatus Fr. Franciscus Ximenez impetit eundem Rmum. P. Ministrum Generalem immediatum, Rmum. P. Commissarium Generalem Familiæ, tum Procuratorem Generalem Ordinis in Curia Romana, tum etiam R. P. Ministrum Provincialem ejusdem Provinciæ Bœticæ, & alios Provinciales ejusdem Provinciæ antecessores, atque etiam Guardianos, enormibus injuriis, calumniis, & opprobriis, injungit idem Generale Definitorium, nemine discrepante, moderno R. P. Provinciali ejusdem Provinciæ, & præcipit sub præcepto sanctæ obedientiæ, ut prædictum Fr. Franciscum Ximenez mancipari curet illico carceribus, & illi declaret alias pœnas incurrisse, quæ expressè taxatæ sunt in Statutis nostri Ordinis contra indebitè obloquentes adversus Ministrum Generalem Ordinis, aliosque Prælatos, & Fratres, & signanter contra eos, qui opprobriis & injuriis, ac calumniis, & verbis irreverentibus infamant Fratres suos, & præsertim Superiores. Et de executione hujus Decreti monere teneatur idem R. P. Minister, Rmum. P. Commissarium Generalem Familiæ.

SESSIO XII. VESPERTINA.

Ejusdem diei 26.

DEfinitorium Generale, visis, & matura reflexione consideratis quibusdam Regulis Musæi pro Religiosis

sis Provinciarum Nationis Germanò Belgicæ Antuerpiæ erigendi, eas confirmavit, & adprobavit, & ad unguem servari mandavit. Et P. Adm. R. Provincialis Semiz, à Rmo. P. Ministro Generali confirmationem, & opportuna mandata obtinere curet.

Custos Sanctæ Helenæ in Florida proposuit: An in casu in quo desint Ex-Provinciales in qualibet ex duabus portionibus, nempe Hispanica una, Americana alia, suffragari debeat antiquior, seu dignior ejusdem portionis, quæ Ex-Provinciali caret, vel alius Ex-Provincialis alterius portionis? An vero in tali casu jus suffragandi potius competat Ex-Custodibus, qui Vocales fuerunt in Capitulis Generalibus, quam aliis Ex-Definitoribus ejusdem portionis, quæ Ex-Provinciales non habet? = Rescriptum fuit: *Jus suffragandi habet Custos, qui Vocalis fuit, & suffragium dedit in Capitulo Generali, in illa tantum portione, in qua deficit Ex-Provincialis, seu Vocalis antiquior; nisi aliter Summus Pontifex decernat, vel in posterum decreverit.*

Fr. Thomas Murciano, Custos Provinciæ S. Joseph de Jucatan, exposuit magnos labores in terra, & mari perpessos, peragrationemque pene novem millium leucarum in suo Apostolici Prædicatoris munere, & Generalis Procuratoris pro Missionibus, & officium Custodis laudabiliter impletum, & petiit incorporari in Provincia Carthaginensi, cum honoribus Custodibus concessis, attenta impossibilitate physica, & morali ad regressum ad Provinciam S. Joseph de Jucatan. = Responsum fuit: *Rmus. P. Commissarius Generalis de consensu unanimi PP. Definitorii Generalis concedit Oratori licentiam ad se recipiendum, & incorporandum in alma Provincia Carthaginensi, attento etiam consensu præstito ab Adm. R. P. Ministro ipsius & Definitore Generali, decernendo, ut retineat gradum Custodis habitualis cum præeminentiis annexis ultimo loco, relatè ad Custodes, Definitores habituales ejusdem Provinciæ.*

Custodes Galliæ, & Nationis Germano Belgicæ in remunerationem oneris, & laboris itineris ad Capitulum Ge-

Generale pro nunc, & in posterum, dum Miniſtri Provinciales ſe excuſant, petierunt, ipſis concedi privilegia cum præcedentia immediata poſt ipſos, & cum voto, vel ſine voto prout Definitorio Generali viſum fuerit. = Reſcriptum fuit: *Serventur alias Decreta in Capitulis Generalibus præcedentibus.* Poſtea ſupplicarunt, æquiparari Ex-Provincialibus, qui fuerunt Miniſtri in alienis Provinciis, & gaudere eorumdem prærogativis quoad titulum Paternitatis, & præcedentiam poſt Ex-Provinciales, & etiam votum adinſtar Jubilatorum. = Reſponſum fuit: *Serventur Statuta.*

RR. Adm. PP. Diſcretorii Generalis pro Familia Ciſmontana *ex proprio motu*, ſupplicem libellum præſentarunt Definitorio Generali, in quo petierunt, gradum, & honorem Ex-Provincialis concedi R. P. Proviſori Capituli Generalis, & omnibus, qui in poſterum tali munere laudabiliter functi fuerint, attentis laboribus, quos Proviſor actualis pertulit, & quod partes officii ſui laudabiliter expleverit. = Reſponſum fuit: *Conceditur ſocius gratus.*

Cuſtos, & Definitorium Cuſtodiæ Divi Jacobi Minoris Inſulæ de la Madera, duo propoſuit. *Primum.* Quod concedatur Secretario Cuſtodiæ ſuffragum in Capitulo, ne inveniatur coarctata electio Definitorium. *Secundum.* Quod Secretario Cuſtodiæ, qui integrum triennium complevit, detur præcedentia ſuper omnes, aliàs ejuſdem graduationis. = Reſponſum fuit: Ad primum. *Conceditur votum P. Secretario Cuſtodiæ.* Ad ſecundum. *Serventur Statuta.*

Fr. Joannes à Divo Joachin expoſuit per libellum ſupplicem, quod per triginta & quatuor annos officium Vicarii Chori in Domo Capitulari ejuſdem Cuſtodiæ Inſulæ de la Madera exercuit, petiitque privilegia conceſſa Vicario Chori Conventus de Aracœli. = Reſponſum fuit: *Conceditur Oratori gradus Prædicatoris Generalis, & præcedentia.*

SES-

Die 27. Maii 1768.

CUstos Provinciæ S. Antonii Characarum Regni Peruani nomine Definitorii ipsius Provinciæ exposuit dubium: An Collegium S. Bonaventuræ Civitatis Cuzquensis, quod studentium publicæ utilitati inservit, quamvis ex aliquibus gratuitis eleemosinis sustentetur, tum Benefactorum, tum aliorum Conventuum ejusdem Provinciæ, habet tamen plures pias dotationes Missarum, quibus satisfacere tenetur, his non obstantibus debeat applicare Missas pro Benefactoribus, qualibet Hebdomada, sicut ultimo provisionaliter Decretum fuit à Definitorio Provinciæ? = Responsum fuit: *Collegium applicet tres Missas pro Benefactoribus in qualibet Hebdomada, ea tamen conditione, ut hæc applicatio minimè impediat satisfactionem onerum Missarum, quibus Collegium tenetur ex justitia.*

Fr. Hieronymus Leal de las Alas Ex-Provincialis immediatus Provinciæ S. Joseph de Jucatan, & alii Religiosi graduati numero 13. petierunt, ut Definitorium Generale revocet Decretum, seu concessionem pro gratia in Capitulo Mantuano ad instantiam Fr. Michaelis Leal de las Alas, tunc Pro-Ministri ejusdem Provinciæ, nempè, quod non accedente R. Adm. P. Commissario Generali Mexicano, deleget unum ex tribus Patribus à Definitorio Provinciæ præsentatis: quia ad ejusmodi impetrationem commissionem specialem non habuit à Definitorio Provinciæ, & ex hoc fuerunt exortæ scissuræ, & contentiones. Definitorium Generale decrevit: *Attento quod non legitimè petiit, revocatur gratia in Capitulo Mantuano concessa, & Superior Generalis illarum partium libere utatur jure suo in deputatione Visitatoris.*

Fr. Joseph à Sancta Theresia Lector Theologiæ, & Ex-Custos Provinciæ Tertii Ordinis Sancti Michaelis in Bœtica, petiit confirmationem Sententiæ datæ à Rmo. P. Mi-

Ministro Generali immediato, die 26. Novembris ann. 1767. in causa præcedentiæ contra P. Josephum de Alarcon Ex-Definitorem. = Responsum fuit: *Satis provisum est per sententiam prædicti Rmi. P. Ministri Generalis immediati.*

R. Adm. P. Commissarius Generalis Peruanus Bernardus de Peon in supplici Libello exposuit gravissima inconvenientia oriri in sindicationibus sive Residentiis, si in eis non servatur determinatus ordo, aut si protrahantur in longum tempus: Tum etiam in constituendis testibus, & suggestivis interrogationibus, & in aliis ad hæc pertinentibus, magnum præjudicium fit Commissariis Generalibus. Rogat, ut à Definitorio Generali methodus quædam apta, & expedita præscribatur in hujusmodi sindicationibus instituendis, tum quoad numerum testium, tum quoad interrogationes, tum quoad tempus, intra quod finiendæ sunt. Tandem petiit, quod expleto sui officii tempore, possit ad Hispaniam redire, relicto ibi Procuratore, qui nomine supplicantis rationem reddat iis, quæ contra ipsum produci contigerit; & si hoc fieri nequit, ut assignetur præcedentia, dum præfatæ inquisitiones fiunt, & terminantur. = Definitorium Generale decrevit: *Quod in Residentiis Commissariorum Generalium Mexici, & Regni Peruani, Judices designati non debent devenire ad inquisitiones particulares; sed continere se in terminis Inquisitionis Generalis; restringendo se ad interrogandum à testibus, si habent aliqua, vel aliquas querelas adversus Commissarium, quousque ex actis ipsius Residentiæ resultent articuli, qui in individuo debeant jure examinari. Et pariter decernit, quod istæ Residentiæ debeant compleri intra sex menses à die publicationis ejusdem Residentiæ, quibus transactis, declarat idem Definitorium Generale, omnino cessare Jurisdictionem Judicum Residentiæ, & consequenter Acta, quæ deinceps fecerint, declarantur nulla, ac nullius roboris. Durante ista Residentia Ex-Commissarius immediatus habeat præcedentium post Guardianum, antea omnes Provinciæ PP.*

P. Milanus à Cerezeda Lector Theologiæ Ex-Prominister Provinciæ Sancti Evangelii de Mexico exposuit sequentia dubia. *Primum.* An R. P. Emmanuel de Naxera, Commissarius Generalis Mexici sit verè Jubilatus? Quia legit per Substitutum, dum fuit in Hispania, ab anno 1752. initio Julii, usque ad ann. 1761. Aprilis, in quo quartam creavit Cathedram, ut ipsemet legeret usque ad Jubilationem. *Secundum.* An Lectores actuales possint eligi in Guardianos, quin obstet actualis Lectura? *Tertium.* An sint rite electi in Guardianos Patres actuales Definitorii. *Quartum.* An Cathedraticus Universitatis debeat gaudere titulo Patris Provinciæ cum præcedentia ante Ex-Custodes, & Pro-Ministros, qui Capitulis Generalibus interfuerunt, cum legerit tantum decem per annos in Ordine, & per sex in Universitate? *Quintum.* Quod sufficiunt tres Lectores Theologiæ in Collegio D. Bonaventuræ, absque eo quod in Minoribus Conventibus tres Lectores in unoquoque sint, ex quo numerus Lectorum excedit numerum studentium, & crescit numerus Jubilatorum. *Sextum.* An in memorato Collegio permanere debeant duo Lectores Philosophiæ simul, non obstantibus litteris Rmi. P. Ministri Generalis Petri Joannetii de Molina. *Septimum.* An debeant vocari, & sint legitimi Guardiani, qui præsunt ubi sunt tantum quatuor, aut quinque fratres? *Octavum.* An possint manere extra claustra fratres sub nomine Visitatorum Tertii Ordinis, non obstantibus dispositionibus Regis, & nostri Ordinis? = Responsum fuit: Ad primum, *prout proponit Discretorium Generale Ordinis, videlicet R. P. Fr. Emmanuel de Naxera non est Jubilatus.* Ad secundum, *obstat actualis Lectura, nisi adsit dispensatio legitimi Superioris Genralis.* Ad tertium. *Declarantur electiones nullæ; & tam contra electores, quam contra electos procedatur ad tramites juris, & Statutorum Ordinis.* Ad quartum. *Declaratur nulla gratia illa concessa P. Cathedratico, & reducitur ad normam Statutorum Ordinis.* Ad quintum. *Prout visum est Discretorio Generali, videlicet: Supprimantur tres Lecturæ in aliis Conventibus, & so-*

ſolum maneant tres Lectores Theologiæ in Collegio D. Bonaventuræ. Ad ſextum. *Lectum.* Ad ſeptimum, *&* octavum. *Obſerventur præcepta Sanctiſſimi Domini noſtri pro utraque Familia Ciſmontana, & Ultramontana contenta in primis Encyclicis Rmi. P. N. Miniſtri Generalis immediati Romæ datis in Conventu Aracœlitano die* 4. *Octobris anni* 1762.

Lecta per Rmum. P. noſtrum P. Petrum Joannetium de Molina Ex-Miniſtrum Generalem totius Ordinis in Definitorio Generali Ciſmontanæ Familiæ Epiſtola D. Ignatii Stephani de Higareda Regis Secretarii, & antiquioris ſcribæ Supremi Caſtellæ Conſilii, data die 29. Februarii currentis anni, ex Decreto ejuſdem Supremi Conſilii ad eundem directa, in qua multum ipſi commendat, quod ſeriò tractetur, & provideatur in præſenti Generali Capitulo de moderando numero Fratrum omnium Provinciarum, in ditionibus Catholici Regis, & Domini noſtri conſiſtentium, quocumque cenſeantur nomine, commitendo viris gravibus Ordinis, & Nationis examen, & determinationem hujus reductionis, & negotii magnopere conducentis ad ſervitium Dei, & Regis, & ad bonum, & decorem ejuſdem Ordinis, inter quos gratum erit eidem Supremo Conſilio Regio, quod adnumeretur Rmus. P. Ex-Miniſter Generalis immediatus Fr. Petrus Joannetius de Molina, propter experientiam, quam habet de gubernio Ordinis, quidque ipſi conveniat: Et quoniam multa jam in hanc rem in regimine Religionis decrevit providè, & in conſequentiam multum proderit ipſius adſiſtentia, ut negotium jam ab ipſo feliciter incœptum, plenè compleatur.

Quibus omnibus intellectis, & debito reſpectu, ac veneratione perpenſis, Definitorium Generale commiſit Rmis. PP. Commiſſario Generali Familiæ, Ex-Miniſtro Generali P. Fr. Petro Joannetio de Molina, P. Fr. Antonio Joannetio de Molina Ex-Commiſſario Generali, & Adm. RR. PP. Franciſco Suarezio, Joſepho Marin, & Antonio à Conſuegra Definitoribus Generalibus, quatenus in grave, & utiliſſimum punctum conſiderent, tractent, ac decernant pro ſuo zelo, prudentia, & maturitate, ad glo-

riam Dei, servitium Catholici Regis, decorem, & profectum Religionis, communicando Regio Supremo Consilio Decreta in hanc rem conclusa; habendo attentionem ad providentiam jam sapienter datam pro pluribus Provinciis à Præfato Rmo. P. Ex-Ministro Generali immediato, quam exhibuit eidem Generali Definitorio.

SESSIO XIV. VESPERTINA.

Eodem die 27.

MInistri Provinciarum S. Jacobi Observantium, & S. Pauli Discalceatorum in Hispania præsentarunt supplicem libellum, petentes à Definitorio Generali, quatenus confirmare dignaretur Decreta Regia, & Decreta data à Rmo. P. Bermejo Ministro Generali, contra Provinciam S. Michaelis Observantium, ne hospitium, quod ista Provincia habet in Civitate Salmantina elevetur ad Conventum, neque ut quæstus faciat intra limites Provinciæ S. Jacobi, & Provinciæ S. Pauli, eo quod habeat sufficientem dotationem à Rege, neque quod Conciones ad Populum habeant, nisi die Sancti Titularis, neque quod plusquam novem Fratres de Familia reperiantur; neque in forma Communitatis ad aliquam solemnitatem exeant, & denique, quod neque superior hospitii ullo modo Guardianus vocetur, & petierunt opportunum remedium pro pace, & regularitate Conventuum. = Responsum fuit; *Audiatur Minister Provinciæ S. Michaelis.*

SESSIO XV. MATUTINA.

Die 28. *Maii* 1768.

DIscretorium Generale Familiæ Cismontanæ supplicem libellum exposuit, in quo enixè rogat, ut confirmetur Decretum Capituli Generalis Mantuani anni 1762. in quo præcipitur Sacræ Theologiæ Lectoribus, aliisque om-

omnibus, quatenus doctrinas tutiores, & probabiliores semper doceant, & amplectantur: & nedum confirmari, sed & roborari, & pœnas privationis officii imponi transgressoribus, ne ullo modo per nostros Fratres tale Decretum Mantuanum parvipendatur, ut & purior, & sanior moralis legatur, & in praxim deducatur. = Rescriptum fuit: *Definitorium Generale conformatur propositioni Generalis Discretorii, præcipiendo, quod ad unguem observentur Decreta, tam Capituli Generalis Mantuani, tum præsens Decretum, injungendo omnibus Superioribus, sive Familiæ, sive Provinciarum, sive Conventuum, ut attentè invigilent pro observantia eorundem Decretorum, applicando irremissibiliter pœnas privationis officii Lectoribus, Concionatoribus, & Confessariis, quos contravenire repererint, & alias graviores; si contumaces se exhibuerint.*

Minister Provinciæ S. Michaelis auditus est super libello præsentato pro parte Ministri Provinciæ S. Jacobi Observantium, & S. Pauli Discalceatorum, juxta Decretum ses. 14. & Rescriptum fuit: *Uniatur, & remittatur hæc instantia cum Responsione R. P. Ministri Provinciæ S. Michaelis ad Rmum. P. Commissarium Generalem, qui auditis partibus decernat, quod in Domino sibi videatur expedire justitia mediante.*

Visa instantia ex una parte inter R. & Venerabile Definitorium Magnæ Provinciæ Franciæ, & ex alia R. P. Pursei, circa ingressum in Definitorium, Definitorium Generale decrevit: *Committitur examen istius causæ R. Adm. P. Josepho Clerche Ex-Difinitori Generali Ordinis, & actuali Guardiano Magni Conventus Parisiensis, & RR. PP. Alexio Legran Doctori Sorbonico, & Lectori Jubilato in eodem Conventu, & Francisco Josepho Michaeli Fabreau Doctori Sorbonico, & almæ Provinciæ Thuroniæ in præfato Conventu Parisiensi Procuratori, quatenus compilatis actis, & auditis partibus prout de jure usque ad prolationem sententiæ inclusivè procedant; quam tamen, antequam publicetur, mittant ad Rmum. P. Commissarium Generalem Familiæ, qui eam revideat, & confirmet. Interim verò R. P. Pursei absti-*

ti-

tineat ab ingressu in Definitorium, nihilque innovetur, sed res maneant in eo statu in quo sunt.

Quatuor ex Definitores Recollectionis Provinciæ Valentiæ Observantium sequentia proposuerunt dubia. *Primum.* An in suo robore permaneat statutum Generalis Capituli Romani ann. 1664; nempe, quod subrogatio semper debeatur P. Digniori, dummodo iste non sit perpetuo impeditus: & cum in hac Recollectione, ex Bulla Gregorii XIII. Definitor Recollectionis habeat munus adsistendi Definitoriis Provinciæ, & jus visitandi Conventus Recollectionis singulo quoque anno sequitur dubium. *Secundum.* An debeat intelligi de impedito ad utrumque, vel solum ad unum, & si de impedito ad visitandum, dubitatur; an subrogatus impeditus possit vices visitandi alteri Religioso committere? Et si affirmative, quibus conditionibus debeat insignitus esse Delegatus? Definitorium Generale declarat: In casu propostio, si antiquior Definitor in eo statu est, ut possit intervenire Capitulo Provinciali, & Congregationibus Definitorii Provinciæ, debet subrogari loco Definitoris defuncti, etiam si impeditus sit ad peragendas visitationes; quo tamen casu R. P. Minister Provincialis de consilio ejusdem Definitoris subrogati pro Recollectis, & alterius ex Definitoris immediati in ancianitate post illum deputare possit, & debeat Patrem gravem, & idoneum ex ipsis Recollectis, qui visitationes peragat eadem auctoritate, & jurisdictione, qua pollet ipse Definitor Recollectus.

SESSIO XVI. MATUTINA.

Die 29. Maii 1768. utriusque Familiæ.

EXaminata sunt, & recognita ratiocinia, & computus eleemosinarum PP. Commissariorum Terræ Sanctæ Familiæ Cismontanæ: & Definitorium Generale laudandam judicavit præfatorum Commissariorum operam ob fidelem ipsorum administrationem, computibus, seu ratioci-

ciniis cum eleemosinis fidelium fideliter respondentibus.

Inito calculo Conventuum, Monasteriorum, Fratrum, ac Sororum, tam viventium, quam defunctorum in hac Familia Cismontana à tempore Generalis Capituli Mantuani ann. 1762. usque ad præsens Capitulum Valentinum ann. 1768. numerus repertus est prout sequitur.

In Regnis Hispaniæ, et Lusitaniæ.

Conventus Observantium.	821.
Conventus Discalceatorum.	369.
Omnes.	1190.
Monasteria Monialium.	330.
Fratres viventes Observantium, & 3. Ordinis.	22100.
Fratres Discalceati viventes.	7503.
Omnes.	29603.
Fratres Observantes defuncti.	3915.
Fratres Descalceati defuncti.	1289.
Omnes.	5204.
Moniales viventes.	11993.
Moniales defunctæ.	1817.

In Natione Galliæ.

Conventus Observantium.	153.
Fratres viventes.	1324.
Fratres defuncti.	211.
Monasteria Monialium.	43.
Sorores viventes.	943.
Defunctæ.	168.

Recollectorum.

Conventus.	181.

Fra-

Digitized by Google

Fratres viventes.	2970.
Defuncti.	503.
Monaſteria Monialium.	62.
Sorores viventes.	1818.
Defunctæ.	243.

Deſunt ab hoc calculo status Provinciarum SS. Sacramenti, & Sanctæ Magdalenæ in Gallia.

In Natione Germano-Belgica.

Conventus Fratrum.	217.
Fratres viventes.	6126.
Defuncti.	988.
Monaſteria Monialium.	131.
Sorores viventes.	5504.
Defunctæ.	485.

In Familia Ultramontana.

Conventus Obſervantium.	784.
Reformatorum.	731.
Omnes.	1515.
Monaſteria Sororum Obſervantium.	123.
Reformatorum.	34.
Omnia.	157.
Fratres viventes Obſervantes.	16636.
Reformati.	17517.
Omnes.	34153.
Sorores viventes Obſervantium.	4517.
Reformatorum.	1363.
Omnes.	5880.

Fra-

Fratres defuncti Observantium. . . . . 2474.
Reformatorum. . . . . 2753.
Omnes. . . . . 5227.

Sorores defunctæ Observantium. . . . . 550.
Reformatorum. . . . . 221.
Omnes. . . . . 771.

Desunt ab hoc calculo ex Observantibus Provinciæ Siciliæ, Vallis-Nethi, & Corsicæ: Ex Reformatis verò, Provinciæ Siciliæ, Corsicæ, & Transylvaniæ, quarum Vocales Capitulo non interfuerunt, nec suas respectivè notulas præsentarunt.

Proposito per Rmum. P. Commissarium Generalem Familiæ Cismontanæ, & per alios ejusdem Familiæ PP. quod plura incommoda, & mala resultavere, & in dies universo ordini proveniunt ex conatu, quo aliqui PP. Rmi. Commissarii Generales Indiarum, non attendentes ad textus Seraphicæ nostræ Regulæ, & præscripta Statutorum Ordinis, sæpius contentionibus, & litigiis vexaverunt Ministros Generales, resistendo eorum mandatis multis modis: Omnes PP. Definitores utriusque Familiæ committendum dixerunt, & de facto committunt Rmis. PP. modernis Ministro, & Commissario Familiæ Generalibus, ut hæc omnia tractent inter se, & cum PP. Definitorii Generalis, quos apud se retineant, seriò, & maturè. Et dum tempus ipsis videatur opportunum, humiles preces porrigant Catholicæ Majestati, ad hoc ut dignetur adprobare, & confirmare Regium Decretum Dñi. Caroli Secundi, olim Hispaniarum Regis, expeditum anno 1693. præcipiendo, ut omninò ad unguem observetur.

Lecto supplici libello RR. Adm. PP. Discretorii Generalis, in quo cum magno animi dolore exponunt abusus, & transgressiones nostræ Seraphicæ Regulæ, quæ Americarum Provinciis obrepserunt, præsertim quoad præceptum altissimæ paupertatis in pecuniis tractandis; tum etiam in residentia Fratrum extra claustra; & denique in

Digitized by Google

imminenti celebratione Capitulorum Generalium ites pariunt, & fovent vocales aliqui Americani cum præjudicio pacis, & communis boni enixè rogant, ut opportuna remedia adhibeantur, & si necessitas postulet, Regium imploretur auxilium. = Rescriptum fuit: *Remittitur Rmo. P. Ministro Generali Ordinis, & Rmo. Commissario Generali Indiarum Curiæ Matritensis, qui provideant secundum Deum, & Regulam nostram.*

SESSIO IX. MATUTINA.

FAMILIÆ ULTRAMONTANÆ.

Die 25. Maii.

PRopoſito dubio: Cuinam ſpectet præſidere Capitulo Provinciali jam convocato, caſu quo deficiat Præſes, vel ob mortem, vel ullâ quâcumque ex cauſa? = Capitulum Generale decrevit: *Præſidentiam ſpectare Miniſtro Provinciali, ſi non adſit in loco Capituli Ex-Miniſter Generalis, vel Ex-Commiſſarius Generalis. Ea tamen lege, ut Provincialis præſideat Capitulo in illo tantùm actu electionis; in ſubſequentibus verò præſideat Miniſter Provincialis noviter electus.*

Porrecto ſupplici libello à Miniſtro Reformatæ Provinciæ S. Heduvigis in Sileſia, quatenus permittatur incorporare Sileſianos in alia Provincia profeſſos, ſtatuit Capitulum Generale talem incorporationem, haud eſſe permittendam, niſi prius habeatur conſenſus utriuſque Provinciæ.

Lecto ſupplici Libello Provinciæ Baſilicatæ Obſervantium pro tranſlatione ſtudii generalis Conventus Brienſis in alterum S. Antonii Civitatis Titi, Capitulum Generale perpendens cauſas eſſe legitimas, hujuſmodi tranſlationem adprobavit.

Quoad Provinciam Albaniæ decernit Capitulum Generale, ut in poſterum eligatur in Miniſtrum Provincialem

lem ejuſdem qui ſit Lector, vel Jubilatus; vel Generalis, vel ſexennalis; vel Prædicator Generalis, aut Miſſionarius duodennalis; iſque ſervata juſtitia diſtributiva modò ex una, modò ex alia Provincia adſumatur ad libitum Rmi. Superioris Generalis.

SESSIO X. VESPERTINA.

Eodem die 25. Maii.

R. P. Auguſtinus à Neapoli Lector Jubilatus, & Chronologus Ordinis ob apertos labores in perluſtrandis Annalibus poſtulans aliquod præmium: = Capitulum Generale ſe conformando ſtatutis decernit, *quod poſt editum opus aliquod laude dignum, gaudeat titulo, & privilegio Ex-Miniſtri Provincialis ultimo loco ſua Provinciæ.*

Iſtantibus nonnullis Vocalibus, tam Obſervantium, quam Reformatorum, qui in hoc Capitulo ſuffragati fuere, vel tamquam Pro-Miniſtri, vel tamquam Cuſtodes, quatenus admittantur ad privilegia, & prærogativas Pro-Miniſtris, & Cuſtodibus ſuffragantibus in aliis Capitulis Generalibus. = Capitulum Generale decrevit, *privilegia, & prærogativas eiſdem deberi, quas tribuit Capitulum Generale Murcienſe ann.* 1756. *& Mantuanum* 1762.

Stante electione in Procuratorem Generalem Ordinis R. Adm. P. Euſtachii à Neapoli Miniſtri Almæ Obſervantium Provinciæ Terræ Laboris, ejuſdemque renuntiatione dicti Miniſteriatus Provincialis = Capitulum Generale declaravit, *prout de jure actualem nempe Commiſſarium Provincialem R. P. Samuelem à Neapoli eſſe, & permanere Vicarium Provincialem ejuſdem Provinciæ.*

SESSIO XI. MATUTINA.

Die 26. Maii.

DEclarat Capitulum Generale, ut in poſterum tamquam leges habeantur ſequentia edita seſſione 13. matutina à Congregatione Generali Montis Alverniæ ſub

 die

die 27. Maii anni 1765, nempè

Declarat Congregatio Generalis, ut juxta laudabilem hujus Cismontanæ Familiæ consuetudinem, inclusiva, quam Patres concurrentes reportant in concursibus pro Lecturis, sive Generalibus, sive Provincialibus, valeat præcisè ad eas lecturas obtinendas, quæ intra anni unius Solaris tempus præcisè vacabunt post peractum concursum, servato tamen ordine majoris, vel minoris inclusivæ, atque in paritate votorum Filius Provinciæ semper præferri debeat.

Fratres, sivè propriæ, sivè alienæ Provinciæ recepti in Conventibus, qui sunt, & appellantur *Recessus* ac in illis commorantes provideantur omninò tam in victu, quam in vestitu à Superioribus Localibus eorundem Conventuum.

Prohibet Congregatio Generalis, ne in Provincia S. Bernardini in Aprutio, tam Observantium, quam Reformatorum non nationales, & exteri adolescentes ad habitum Religionis admittantur sub poena nullitatis. Concedit insuper omnibus, qui in eadem Provincia modo reperiuntur professi, ac in Aprutio nati non sunt, sed exteri sunt, & non nationales, ut invento benevolo receptore in quacumque Provincia Lombardicæ nationis recurrant ad Rmum. Commissarium Generalem pro incorporatione.

SESSIO XII. VESPERTINA.

Die 26. Maii.

I. SEcretarii actuales Provinciarum Observantiæ durante officio Patres præcedant, quos habituales vocant: Officio autem expleto inter Prædicatores aggregatos de numero ultimum habeant locum dummodo habeant requisita necessaria ad Definitoriatum obtinendum; quando autem hisce requisitis careant expectent locum sicut alii aggregati de non numero.

II. In suffragiis ferendis pro Novitiorum professione decernit Capitulum Generale Statuta Ordinis esse servanda. Itaque si major pars Fratrum Novitio suffragata non sit, omnino expelli debeat, neque liberum sit Provinciali

illum detinere, & hoc tam prima, quam secunda, & tertia vice, quibus suffragia sumuntur. Si vero tertia pars ei defecerit, ejus receptio suspecta sit; ac propterea Provincialis desuper admoneri debeat, qui omnibus bene perpensis, prout jura disponunt, secundum Deum providere curabit. Si autem laudabile testimonium suæ conversationis habuerit, & ultra duas ex tribus partibus suffragiorum retulerit, tunc de Generalis, vel Provincialis licentia, quæ semper scripto detur, ad professionem admitti poterit. Novitius autem, qui semel à Religione expulsus est, nec in ea Provincia, nec in alia admittatur.

III. Rationibus, ac momentis RR. Patrum de Definitorio Observantis Provinciæ SS. Septem Martyrum, lectis, ac maturè perpensis, Capitulum Generale decrevit, partitionem ejusdem Provinciæ in tres nationes ab ipsismet PP. pro eligendis in quolibet Provinciali Capitulo factam sub die 3. Mensis Februarii ann. 1765. exequendam non esse, & tamquam non factam haberi.

IV. Capitulum Generale decernit, ut in posterum Definitores Familiæ Observ. eligi non possint, nisi qui quatuor annis conciones habuerunt quotidianas in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis insignibus, vel in suggestis Generalibus Ordinis, aut qui Sacram Theologiam Scholasticam, sive Dogmaticam in studiis Generalibus, vel Provincialibus saltem docuerint.

SESSIO XIII. MATUTINA.

Die 27. Maii.

I. PRovincia Ragusina petiit. *Primo*: quod stante paucitate Sacerdotum, decernat Capitulum Generale, ne in posterum eligantur Ministri Provinciales, nisi qui Ex-Ministri sint, vel Lectores Jubilati, vel Lectores Generales, vel Ex-Custodes. *Secundo*: Neque eligantur in Custodes, & Definitores, nisi qui aut Lecturæ Artium cursum, aut Guardianatus officium in Ragusino principalio-

liori Conventu, aut Magiſtri Novitiorum munus laudabiliter expleverint: aut qui duodecim annorum ſpatio Guardiani fuerint in aliis Conventibus; aut verbi Dei prædicatione diebus Quadrageſimæ duodecim annis dignè, & fructuosè vacaverint. Ad Guardianatus autem officium adſumi debere illos tantum, qui ſtudiorum curſum integre compleverint, aut adprobati ſint ab Ordinario ad excipiendas ſæcularium confeſſiones. *Tertio*: Ut decernat alternativam in electione Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, & Definitorum, hac lege, ut una vice eligi debeat Miniſter, & duo Definitores ex Patribus Raguſinis; Cuſtos autem cum duobus Definitoribus ex Patribus extraneis, & alia vice è converſo. *Quarto*: Ut ipſi concedatur Magiſter Novitiorum ex aliena Provincia, quique expleto officio gaudeat privilegiis in ſua Provincia concedi ſolitis. *Quinto*: Ut poſſit conſtruere pannum ſubtilem pro æſtivo tempore, & qui aliàs emi ſolet in domibus ſæcularium; fiatque expreſſa prohibitio in tali caſu, ne quis audeat uti alio panno, ab eo quem ſibi Provinciæ lanificium ſubminiſtrabit. *Sexto*: Ut ſub pœnis præcipiatur, ne Clericis Raguſini Seminarii permittatur exitus ab ipſo, neque manſio in dormitorio communi, niſi penitus completum triennium expleverint. *Septimo*: Præoptat novam Guardiani inſtitutionem, & electionem pro valetudinariis, Fratribuſque infirmis in Conventu S. Franciſci Raguſii. *Octavo*: Poſtulat quoque à Capitulo Generali, ut in uno è Provinciæ Conventibus ad arbitrium Definitorii ejuſdem Provinciæ ſtrictior introducatur Obſervantia cum Regulis, & Conſtitutionibus adprobatis à Summis Pontificibus Clemente VIII, & Innocentio XI. qui Conventus pro Novitiorum educatione inſervire debeat, & ſi opus fuerit, Miniſter poſſit ad ejus regimen deſignare alienæ Provinciæ filium, prævia tamen quoad hoc Rmi. Miniſtri Generalis facultate. *Nono*: Attento Fratrum hujus Provinciæ parvo numero, neceſſarium exiſtimat, ut non permittatur alicui illorum tranſitus ad alienam Provinciam, etiam ſtudiorum cauſa abſque pleni Definitorii conſenſu. *Decimo* tandem

pe-

Digitized by Google

petit, ut ad majus Provinciæ bonum decernat Capitulum Generale Guardianum ob urgentissimam causam de corpore Definitorii adsumptum, & virtute Decreti Generalis capituli 77. ita electum suffragari posse in omnibus electionibus, judiciis, & sententiis ad Definitorium spectantibus, quocumque alio statuto in contrarium non obstante.

Responsum Capituli Generalis fuit. = Ad primum: *Restrictivam in electionibus Capitularibus remittendam esse arbitrio, & zelo Rmi. P. Superioris Generalis.*

Ad secundum, *quoad electionem Custodum, Definitorum, & Guardianorum standum esse statutis.*

Ad Tertium, *digniores esse eligendos.*

Ad quartum, *juxta petita ad arbitrium Rmi. P. Ministri Generalis.*

Ad quintum, *rejiciendam esse omnino petitionem, & præcipiendum, ut in Provincia Lanificio construatur semper pannus consuetus unius speciei juxta Constitutiones Ordinis.*

Ad sextum: *Adprobandam esse determinationem factam pro seminario sub pœna suspensionis superioribus, qui aliter fieri permiserint.*

Ad septimum, *negativè, quoad electionem scilicet Guardiani pro infirmis; sed tamen providendum de Religioso apto pro infirmorum cura sub directione Guardiani Conventus.*

Ad octavum, *admittendam esse petitionem, & laudandam. Quantum verò ad electionem Guardiani relinquendum arbitrio Rmi. P. Generalis.*

Ad nonum: *Affirmativè.*

Ad ultimum, *consulendum esse Ministrum Generalem, è cujus arbitrio gratia pendet.*

I. Capitulum Generale explicando qualitates Prædicationis, aut Lecturæ memoratæ ad Definitoriatum, pro electione Ministri Provincialis retento statuto Romano anni 1639. quo eligi prohibetur, qui in inferioribus officiis suæ ad regendum aptitudinis specimen non præbuerit, ejusdemque statuti retenta declaratione facta in Capitulo Romano ann. 1651. pro ampliori ejusdem rei expositione, ne-

Digitized by Google

neminem id specimen præbuiſſe, atque adeò in Provincialem eligi poſſe decernit, niſi vel ſit Lector Jubilatus, vel ſexennio Theologiæ Lector in ſtudiis Generalibus, aut Provincialibus, vel Concionator Generalis, vel qui Patentibus Superiorum litteris ad legendam Theologiam declaratus, aut decennio Confeſſarius Monialium fuerit, aut ſexennio Conventuum Novitiatus, Recollectionis, vel eorum, in quibus Theologiæ ſtudium Generale, aut Provinciale vigeat Guardianus, vel tandem in aliis Superioribus officiis Religioni probè inſerviendo, ſcientiam, & prudentiam ad gubernandum notoriè oſtenderit.

II. Inſtante R. Miniſtro Provinciali Reformatæ Provinciæ Mediolanenſis pro mutatione ſigilli juſtis de cauſis, = Capitulum Generale benignè annuit, *dummodò ſigillum non conſordet cum aliis.*

III. Cuſtos Reformatæ Provinciæ S. Angeli petiit deciſionem: An moriente Definitore unius diſtrictus ſubrogari debeat antiquior Ex-Cuſtos: an verò Cuſtos ille, qui in Capitulo Generali ſuffragatus eſt, utpotè qui præcedentiam obtinuerit? = Pro qua deciſione Capitulum Generale ſtatuit *ſubrogandum eſſe Cuſtodem antiquiorem, eo quia jus ſubrogationis ſpectat tantum ad digniorem.*

IV. Poſtulantibus RR. PP. Vocalibus Provinciarum Reformatarum Romæ, Mediolanenſis, Marchiæ, & Terræ Laboris, an ſpectet ſubrogatio Patribus illius diſtrictus, ex quo deceſſit Cuſtos, vel Definitor, = Capitulum Generale decrevit *affirmativè, dummodo habeatur in Provincia legitima alternativa.*

V. Cum poſt tot datas ſententias, quibus duo Conventus Thoruno-Podgovienſis, & Uladiſlavienſis Reformatæ Provinciæ Pruſſiæ Marianæ adjudicati fuerunt, Provincia Reformata Poloniæ Majoris adhuc velit ſibi acquiri eundem Conventum Thoruno-Podgovienſem: = Capitulum Generale, perpenſis maturè momentis omnibus ex utraque parte adductis, ſtatuit: *Standum eſſe in deciſis, & amplius; ac imponendum eſſe utrique Provinciæ perpetuum ſuper hac re ſilentium, ſub pœnis contra inobedientes, ac pa-*

cis

cis perturbatores à Statutis Generalibus inflictis.

VI. Quamvis Provincia Reformata S. Mariæ in Ungaria sit antiqua, & mater multarum Provinciarum, cum tamen in Constitutionibus Ordinis non legatur, locum unquam habuisse suprà dictas Provincias, nec unquam reclamasse; idcirco, stante longissima præscriptione, decernit Capitulum Generale, *nullam hac super re faciendam esse innovationem, ne lites in Provinciis excitentur.*

SESSIO XIV. VESPERTINA.

Eadem die 27. Maii.

I. AD controversias dirimendas in Provinciis, & præsertim Tusciæ decernit Capitulum Generale, ut in posterum recedendo à Statuto Victoriensi, Jubilatus anterior præcedat Jubilatum posteriorem, et si iste sit anterior illo in Definitione, quacumque etiam consuetudine in contrarium non obstante.

II. Instante Studiorum Præfecto Provinciæ Ragusinæ, ut vacationes incipiant à die 14. Julii usque ad diem 8. Septembris, quemadmodum in omnibus ferè Provinciis fieri solet = Definitorium Generale hoc negotium relinquit arbitrio Rmi. Ministri Generalis.

III. Proposito dubio, ad quem spectet aggregatio inter aggregatos de numero, an Patri Ignatio de Villincino Provinciæ Mediolanensis Ex-Novitiorum Magistro, qui non curavit habere Patentales Litteras suæ aggregationis, vel P. Angelo Josepho à Mediolano ejusdem Provinciæ Ex-Chorista, qui posterior est in aggregatione. = Capitulum Generale decrevit, *aggregationem deberi P. Ignatio de Villincino, dummodo ipse habeat attestationes, quod prædictum officium laudabiliter expleverit.*

IV. Instantibus PP. Jubilatis non numerariis Provinciæ Principatus, ut sibi concedantur Socii bene visi ad decorem, & dignitatem ipsorum: = Capitulum Generale, justis de causis, respondit *negativè.*

V. Justæ petitioni P. Fr. Theophili à Petra Sancta

Provinciæ Tusciæ exposcentis ut ob præclara sua facinora toti Provinciæ cognita, adnumeretur inter PP. aggregatos quatuor super numerum : = annuens Capitulum Generale admittit petitionem; ea tamen conditione, nimirum: *Si placeat Definitorio Provinciæ, quod in casu Litteras patentales obtentæ gratiæ ad Oratorem mittat.*

VI. Decernit Capitulum Generale P. Josephum Mariam Pisauriensem Observantis Provinciæ Marchiæ Lectorem Jubilatum habere locum supra P. Hieronymum Sante Pisauriensem posteriorem ipso in Jubilatione, ut decisum est numero primo.

VII. Postulante P. Fr. Josepho Antonio à S. Romulo Observantis Provinciæ Romanæ, ut è Seminario Episcopali Aquipendii, ubi Theologiam docet, ubique multa patitur incommoda, & fortassè cum periculo vitæ, instituatur Lector Generalis in Conventu Vilitrarum suæ Provinciæ : = Capitulum Generale inhærendo Decreto Mantuano, respondit *negativè.*

VIII. Minister Provinciæ S. Nicolai Barii postulat transferri studium Philosophicum ex Bario in Barletam propter majorem studentium profectum : = Capitulum Generale respondet, *Audiendum esse Definitorium Provinciale pro consensu, & facta deinde supplicatione ad Rmum. P. posse petitionem admitti.*

IX. Supplicantibus Ministris Provinciarum Terræ Laboris, Tusciæ, & Bononiæ, ut in Conventibus Montis Calvariæ, Lucæ, Liburni, & Ferrariæ concedantur Chori moderatores concedi soliti Conventibus principalioribus, cum eisdem privilegiis à Statutis præscriptis: = Capitulum Generale supplicationem admittit, dummodo habeatur consensus Definitorii Provinciæ.

SESSIO XV. MATUTINA.

Die 28. *Maii.*

I. MAjor pars Definitorii cum Ministro Provinciali Provinciæ S. Joannis à Capistrano in Ungaria, pe-

petit alternativam bipartitam inter Germanos, Ungaros, & Sclavos ex una parte, & Illyros in Sclavonia, Sirmio, & Ungaria natos una cum Croatis ex altera parte; & huic divisioni subscribunt RR. PP. Minister Provincialis actualis, Ex-Minister, & antiquior Definitor substitutus Ludovicus Seide, Joannes Velikanovide Definitores, & Benedictus Cebide Custos: ex adversò P. Emericus á quinque Ecclesiis Ex-Custos, & Definitor vellet quidem alternativam, sed tripartitam adinstar Provinciæ Marianæ juxta mandatum Augustissimæ Reginæ Ungariæ. Sed quia Ungari ex quibus tertia pars esset conficienda sunt adeo in numero pauci, ut vix triginta numerentur, proponit Illyros in Ungaria natos conjungendos esse cum præfatis Ungaris: = Quæ quidem momenta maturè perpendens Discretorium Generale decrevit, *inducendam esse bipartitam alternativam modo quo exponitur in supplici libello.*

II. Instante R. Ministro Provinciali Provinciæ S. Didaci, ut Archivia in tribus custodiis dispersa redigantur in unum, & reponatur in principaliori, & aptiori Conventu, Capitulum Generale præcipit Discretorio, & Definitorio Provinciali, ut conveniant ad determinandum aliquem Conventum, qui ipsis videatur aptior; quique Conventus sit deinceps Caput ipsius Provinciæ, & de tali determinatione opportuno tempore certiorem reddant Rmum. P. Ministrum Generalem.

III. Ad lites, & quæstiones dirimendas, quæ pacem, & charitatem turbarunt in Reformatis Provinciis Poloniæ Minoris, & Russiæ, = Capitulum Generale decrevit *standum esse in decisis, & amplius: ac imponendum, uti re ipsa imponit hocce Decreto utrique Provinciæ perpetuum silentium sub pœnis &c.*

IV. Quod ad novam Statutorum Generalium compilationem attinet, commendata Rmi. Auctoris, & Revisorum diligentia, sublatisque in præcedentibus Sessionibus variis dubiis ab eisdem excitatis, si alia supersint adhuc, vel occurrant, ut opus undequaque absolutum quamci-

 tius

tius (quod vehementer optamus) in lucem prodeat, placet ut Rmus. P. Minister Generalis cum consilio, & voto Patrum in Romana Curia apud se existentium super his deliberet. = Definitorium enim Generale per suum compromissum se ad eos accedere, & deliberationi sic faciendæ consentire declarat.

SESSIO XVI. MATUTINA.

Die 29. Maii.

EXaminatis raciotiniis eleemosinarum Generalium Commissariorum Terræ Sanctæ Familiæ Ultramontanæ juxta votum Revisorum, Capitulum Generale laudandos esse censet: & declarat Patres Commissarios Neapolis, Romæ, Vallis-Mazariæ in Sicilia, Mediolani, Taurini, & Tusciæ; circa vero reliquos, Genuæ nimirum, Melitæ, & Venetiarum, quos censura dignos judicarunt, suum relinquit judicium Rmo. P. Ministro Generali, ut provideat prout in Domino expedire videbitur: = Defuere computus Messanæ in Sicilia. In Guardianum Hierusalem, & Custodem Terræ Sanctæ electus fuit R. P. *Aloysius à Baltia Provinciæ Reformatæ Corsicæ Lector Sacræ Theologiæ, ejusdemque Terræ Sanctæ actualis Præses.*

Pro Procuratoratu in casu vacantiæ qualificati, et adprobati fuerunt sequentes.

R. Adm. P. Jacobus Antonius Tusculanus Lector Jubilatus, Minister Provinciæ Romanæ, & Definitor Generalis.
R. Adm. P. Dominicus Blasco à Tabernis Lector Jubilatus, & Ex-Definitor Generalis Provinciæ Calabriæ.
R. P. Dominicus Antonius à Caramanico Lector Jubilatus, Ex-Minister, & Custos Provinciæ S. Bernardini.

Pro

PRO COMMISSARIATU CURIÆ.

R. P. Didacus Garrigos Lector Jubilatus, Ex-Custos, & Minister Provinciæ Valentiæ.

R. P. Joannes Dominguez Valera Lector Jubilatus, Minister Provinciæ Sancti Michaelis in Extremadura.

R. P. Jacobus del Sol Lector Jubilatus, & Minister Provinciæ Canariarum.

PRO PROCURATORATU GENERALI REFORMATORUM.

R. Adm. P. Franciscus Antonius à Feltria Lector Emeritus, Minister Provinciæ S. Antonii Venetiarum, & Definitor Generalis.

R. P. Christophorus à Casali Lector Emeritus, & Ex-Minister Provinciæ Romanæ.

R. P. Angelus à Procida Lector Theologus, Ex-Minister, & Custos Provinciæ Terræ Laboris.

PRO PROCURATORATU DISCALCEATORUM, ET RECOLLECTORUM.

R. P. Vasuulphus Hielle Minister Provinciæ S. Andreæ in Belgio.

R. P. Raymundus Courreges Ex-Minister, & Custos Provinciæ S. Antonii.

R. P. Sulpicius Tialle Minister Provinciæ S. Francisci in Lugduno.

Propositis, & maturè consideratis quibusdam articulis respicientibus œconomicam Conventuum administrationem, & Regularem Fratrum Disciplinam in utraque Mediolanensi Provincia, Observantium nempè, & Reformatorum, & respectivè in Provincia Mantuæ ex parte Regiorum Ministrorum Insubriæ Austriacæ, prævia Augustissimæ Imperatricis Ungariæ &c. Reginæ Mediolani, Mantuæ &c. adprobatione ad Capitulum Generale deductis. Decernit dandum esse articulorum exemplar earundem Pro-

vin-

vinciarum Ministris, eisdemque injungendum, prout re ipsa injungit, ut cum suis respectivè Definitoriis seriò, solerterque agant de contentorum executione. Rogatque Definitorium Generale Rmum. P. Ministrum Generalem, ut nomine Generalis Capituli eisdem Regiis Ministris, ac per ipsos Sacræ Cesareo-Regiæ Majestati perennes agat gratias pro sua erga Ordinem nostrum benignitate, cura, & pietate, atque ad effectum prædictæ executionis ubi, & quoties opus fuerit, auctoritatem, operamque suam paterna sollicitudine studioque impendat.

Regularem Disciplinam, Regulæque nostræ Observantiam, ubi viget, retineri, ubi verò opus fuerit instaurari ex animo volentes, Provinciales Ministros, aliosque inferiores Prælatos hortamur, monemus, & in Domino requirimus, ut in hanc rem probatas nostri Ordinis leges omni diligentia servare, & servari curent, nominatim de Juvenum ad Ordinem admissione, & admissorum educatione, de studentium moribus, & disciplina, de Lectorum qualitatibus, ac de modo legendi, de tollenda Evagatione, de Oratione Mentali; seque, & subditos ita contineant, ut Deo fideles, Ecclesiæ, & Reipublicæ utiles, omnibus Christi bonus odor sint in omni loco. Pro firmiori autem Regulæ, Statutorum, & bonarum consuetudinum custodia, renovato Statuto Toletano anni 1633. Ministri Provinciales sub officiorum privatione in omnibus Provinciarum Capitulis, & Congregationibus in pleno Definitorio specialem, & accuratam consultationem, & tractatum habere debeant de extirpatione abusuum, si qui irrepserint, deque disciplinæ regularis conservatione, & promotione: ac de eisdem consultatione, & tractatu, factisque deliberationibus, Superiores Generales certiores reddere teneantur. Cumque in eandem rem plurimum conferat vigilantia Visitatorum prout ólim factum in Capitulo Romano 1651. rogantur Superiores Generales, ut in eorum delectu pro sua in Deum pietate omne studium adhibere velint, ac tales eligant, qui probitate, scientia, verbi, & exempli præstantia ad

vi-

viſitationem piè, utiliterque obeundam, vel maximè idonei ſint, quique zelo Dei conſtitutas pœnas à tranſgreſſoribus exigere non reformident.

Propoſitio facta ab Illmo. & Rmo. Domino Archiepiſcopo Valentino die 28. Maii veſperi coram pleno Definitorio, & Capitulo Generali in Refectorio, circa quam Diſcretorium Generale decernet: An locus eſſe poſſit, necne, diſcuſſioni, & examini, eo quod res iſthæc jam à Summo Pontifice ſit conſtituta?

PROPOSITIO.

AN Cuſtodes debeant venire, vel non ad Capitulum Generale futurum? Calculum album affirmat, nigrum negat: = Ita eſt Doctor Joannes Puig, Secretarius. Diſcretorium Generale in aula hujus Conventus congregatum cenſet: Non eſſe locum diſcuſſioni, & examini Brevis Pontificii; circa propoſitionem ſupra expoſitam RR. Adm. PP. Diſcretorii Portugalliæ dicunt ſe non poſſe ſine licentia Fideliſſimi Regis in hoc negotium ſuffragium ferre. = Ita eſt Fr. Antonius Soteras, Secretarius Diſcretorii Familiæ Ciſmontanæ. = Ita eſt Fr. Bernardinus à Tuſculo, Miniſter Provinciæ Reformatæ Romanæ, & Secretarius Diſcretorii Generalis Familiæ Ultramontanæ Reformatorum. = Ita eſt Fr. Petrus Regalatus à Mirabelis, Miniſter Obſerv. Provinciæ S. Angeli Familiæ Ultramontanæ, & Secretarius Diſcretorii Generalis.

Definitorium Grnerale utriuſque Familiæ Ciſmontanæ, & Ultramontanæ Ordinis Minorum in Bibliotheca Conventus ejuſdem S. Franciſci Valentiæ die 29. Maii 1768. congregatum circa prædictum negotium unanimi conſenſu, ac nemine diſcrepante, accedit, & ſubſcribit ſupradictæ ſententiæ Diſcretorii Generalis, nullumque eſſe locum dictæ diſcuſſioni, ſed SS. D. N. Papæ Clementis XIII. Breve, quod incipit: *Quæcumque ad majorem*, de perpetua excluſione Cuſtodum à Capitulis Generalibus futuris, omni veneratione accipiendum, re-

retinendum, atque observandum esse censet, adprobat, & decernit, maximè ob rationes sequentes, quas Patres in causam proposuere. = Primum nempe quod Custodes hodierni Provinciarum, qui cum eorum Ministris ad Comitia Generalia conveniebant, non sunt planè Custodes illi, qui in Regula Fratrum Minorum nominantur; nam de istis in eadem Regula dicitur: *Quod possint Fratres suos ad Capitulum convocare, & quod sollicitam curam gerant de Fratribus vestiendis, & de infirmis Fratribus curandis*; quorum alterum hodierni Custodes facere non possunt, alterum facere sine querela negligunt. Deinde est in Regula, *quod decedente Ministro Generali, electio Successoris fiat à Ministris Provincialibus, & Custodibus.* Jam verò citra omnem repugnantiam, ac Regulæ dispensationem, ex Ordinis Statuto, ac sanctæ Sedis confirmatione, ob mortem Ministri Generalis, electio Successoris non fit amplius à Ministris, & Custodibus. Quidni ergò potuerit Summus Pontifex Custodes à Capitulo Generali excludere, cum ob finem officii novus Minister Generalis eligendus est? Præterea frustra requiritur in causa suffragium à Provinciarum Definitoriis, ac Discretoriis, cum Provinciæ omnes ipso facto hac in re consentientes Breve Pontificium executioni mandarint mittentes ad Capitulum Generale Valentinum solos Ministros, vel ipsis impeditis, solos Custodes. = Denique cum SS. D. N. Papa Clemens XIII. non tantum Breve suum speciale de Custodibus Provinciarum excludendis ad observandum solemnibus clausulis toti Ordini nostro proposuerit; verum etiam reclamantes nonnullos Custodum aliquorum nomine repulerit, ac supplici eorum libello sua manu rescripserit. = *Relatum*: id quod est Breve suum Apostolicum apertissimè confirmasse: idcirco temeritatis apicem tangeret Generale Capitulum, si Papæ hac in causa judicium rursus dijudicandum suscipere, vel ejus Pontificiæ determinationi, Regum, ac Principum placito ad exequendum munitæ, vel tantillum repugnare, aut tergiversari videretur. Has itaque ob rationes Definitorium Generale univer-

sum

sum in sententiam Discretorii Generalis utriusque Familiæ concedit, ac laudatum Breve Summi Pontificis de excludendis Custodibus à Capitulis Generalibus futuris, prout in ipso habetur, sustinendum, ac toti Ordini observandum esse mandat, atque decernit.

SEQUUNTUR SUBSCRIPTIONES.

Ita est Fr. Paschalis à Varisio, Minister Generalis.

Ita est Fr. Petrus Joannetius de Molina, Ex-Minister Generalis immediatus.

Ita est Fr. Clemens à Panormo, Discretus perpetuus totius Ordinis.

Ita est Fr. Antonius Abian, Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ.

Ita est Fr. Joseph Maria de Vedano, Ex-Commissarius Generalis immediatus.

Ita est Fr. Antonius Joannes de Molina, Ex-Commissarius Generalis Familiæ.

Ita est ego Fr. Eustachius de Neapoli, Procurator Generalis Ordinis.

Ita est Fr. Joannes Bermudez de Castro, Commissarius Generalis Curiæ.

Ita est Fr. Carolus Antonius de Sambclevo, Procurator Generalis Reformatorum.

Ita est Fr. Anselmus Lorete, Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

Ita est Fr. Gregorius de Marsalia, immediatus Curiæ Commissarius.

Ita est Fr. Joannes Lutre, Ex-Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

Ita est Fr. Leander Luegmair, Definitor Generalis.

Ita est Fr. Claudius à Lauda, Definitor Generalis.

Ita est Fr. Dominicus à Panormo, Definitor Generalis.

Ita est Fr. Joannes Rusiiecki, Definitor Generalis.

Ita est Fr. Franciscus Antonius à Feltria, Definitor Generalis.

Ita est Fr. Antonius à Salandra, Definitor Generalis.

Ita est Fr. Jacobus Antonius Tuſculanus, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Joannes Dominicus de Solerio, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Franciſcus Maria ab Alaxio, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Franciſcus Suarez, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Gregorius Seiz, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Franciſcus Xaverius à S. Anna, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Baſilius Dubois de la Vaud, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Antonius à Conſuegra, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Bonaventura Deunié, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Emmanuel à Cœnaculo, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Dominicus Daillet, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Bertrandus Pieko, Definitor Generalis.
Ita est Fr. Joſephus Marin, Definitor Generalis, & Capituli Secretarius pro Familia Ciſmontana.
Ita est Fr. Joannes Baptiſta à Scylla, Definitor Generalis, & Secretarius pro Familia Ultramontana.

Infraſcripti Secretarii Definitorii Generalis utriuſque Familiæ fidem facimus, & teſtamur Rmum. P. Placidum Pinedo Commiſſarium Generalem Indiarum in Curia Matritenſi, ex quo interfuit electionibus Miniſtri Generalis, & Commiſſarii Generalis Familiæ, ſe excuſaſſe ab aſſiſtentia in Definitoriis propter infirmitatem, qua uſque nunc laborat; ideòque neque ultimæ Seſſioni intereſſe potuit, nec interfuit, & ſic nec ſubſcripſit actis omnibus cum cæteris Definitorii Patribus: in quorum fidem ita ſubſcribimus in hoc Regali Conventu Valentiæ S. P. N. Franciſci Obſervantium, die 29. Maii anni Domini 1768.

Ita est Fr. Joſephus Marin, Definitor Generalis, & Capituli Secretarius.
Ita est Fr. Joannes Baptiſta à Scylla, Definitor Generalis, & Definitorii Generalis Secretarius.

Hæc Acta tranſcripta ſunt ex Originalibus, cum quibus concordant de verbo ad verbum, in quorum fidem &c. hac die 25. Julii 1768.

CLE-

CLEMENS PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

QUæcumque ad majorem regularis disciplinæ obſervantiam, & Religioſorum Ordinum commodum, & incrementum, nec non pacem, concordiamque inter quoſcumque Chriſtifideles ſub ſuavi Religionis jugo mancipatos confirmandam, procurandamque, in Domino conſpicimus profutura, eadem quo ſalubrius promoveantur, & promota felicius ſtatuantur, ac ſtatuta perennius perſiſtant, ſupremas Apoſtolicæ procurationis noſtræ partes libenti animo interponere non dedignamur. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannetius de Molina Miniſter Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum; quod, licèt tranſactis temporibus à tunc exiſtentibus Superioribus Generalibus ipſius Ordinis pluries animo perpenſa fuerint incommoda, diſſidia, diſſenſiones, jurgia, ac diſcordiæ, quæ manifeſtè oriebantur, nec non magni momenti ſumptus, quos Ordo ipſe, & illius Provinciæ omnes facere cogebantur, ex magno Vocalium numero, qui ad Comitia Generalia dicti Ordinis pro ferendis eorum reſpectivè ſuffragiis confluebant, aſcendentium ad trecentos quinquaginta Vocales, quando omnes adventabant, licet id raro accideret, quippè qui aliqui ex illis in itinere in morbum incidebant, aut ab hac luce migrabant, ſeu antequam convaluiſſent, tempore debito ad Comitia Generalia accedere nequibant, de præſenti verò illorum numerus ad trecentos aſcendit, & frequenter excedit, prout in Capitulo Generali in Alma Urbe noſtra Anno MDCCL. habito trecenti, ac decem, & novem Vocales numerati fuerunt, ac ad nuperum Capitulum Generale in proximè elapſo Anno Mantuæ celebratum, trecenti, & octo Vocales acceſſerunt, præter, & ultra alios Socios, & Tertiarios, qui ad quamplurimos Officiales, alioſque inſervientes in-

præmiſſis neceſſarios conjuncti, magnam confuſionem, non ſine gravi, tum in Spiritualibus, tùm in Temporalibus, tàm totius Ordinis in generali, quàm illius Provinciarum in particulari detrimento, afferre ſolent; nihilominus nullum remedium attulerint. Præmiſſa autem omnia Dilecti filii moderni Definitorium, ſeu Diſcretorium Generale utriusque Familiæ Ciſmontanæ, & Ultramontanæ nuncupat. memorati Ordinis, in dicto Capitulo Generali ultimo loco habito canonicè electi maturè perpenderunt, quo hiſce incommodis conſulerent, & ſumptus, quos Ordo prædictus pro celebratione Comitiorum Generalium de neceſſitate ſubire oportet, evitare valerent, eò magis, quod ære alieno pro celebratione dicti Capituli Generalis quatuor millium Scutorum monetæ Romanæ gravatus remanet, in unum congregati ſuum pro diminutione Vocalium, qui ad Comitia Generalia ipſius Ordinis pro tempore habenda, accedere debebunt, Decretum ediderunt tenoris ſequentis, videlicet. . . . .
Ad evitandas graviſſimas expenſas, aliaque incommoda, quæ ex multiplicitate Vocalium eorumque Sociorum ad Capitula Generalia noſtri Ordinis confluentium hactenus experti ſumus, & in dies experimur, decernit Definitorium Generale ſupplicandum eſſe Sanctiſſimo pro ipſorum diminutione, ita quod (præter Patres Rmi. Definitorii, & Cuſtodes Regiminis Cuſtodiarum) ex unaquaque Provincia in poſterum unus tantum Vocalis accedat, Miniſter nempè Provincialis, ſi poſſit; & illo ſeſe excuſante, vel legitimè impedito, Cuſtos, qui tantummodo ſecum Tertiarium deferat: Diſcreti autem Generales unum Socium vel Sacerdotem, vel Laicum, cum Tertiario. Atque hoc Decretum idem Definitorium Generale mandat Capitularibus Actis eſſe inſerendum. Dat. Mantuæ in Capitulo Generali die VI. Junii MDCCLXII. Fr. Petrus Joannes de Molina Miniſter Generalis. = Ita eſt Fr. Clemens de Panormo Miniſter Generalis immediatus = Ita eſt Fr. Paſchalis à Variſio Commiſſarius Generalis. = Ita eſt Fr. Antonius Joannes de Molina Ex-Commiſſarius Generalis im-
me-

mediatus. = Ita est Fr. Joannes Antonius à S. Cruce Discretus perpetuus. = Ita est Fr. Joannes Alfaro Coronada Procurator Generalis Ordinis. = Ita est Fr. Gregorius à Marsalia Commissarius Generalis Curiæ. = Ita est Fr. Carolus à Golleono Procurator Generalis Reformatorum. = Ita est Fr. Joannes Lutre Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum. = Ita est Fr. Anacletus à Roma Ex-Procurator Generalis Ordinis. = Ita est Fr. Franciscus Daniel Gricourt Definitor Generalis. = Ita est Fr. Marinus Barbè Definitor Generalis. = Ita est Fr. Antonius de Alcoba Definitor Generalis. = Ita est Fr. Joannes à Sancta Maria, & Lema Definitor Generalis. = Ita est Fr. Augustinus Fournier Definitor Generalis. = Ita est Fr. Joannes Baptista Servera Definitor Generalis. = Ita est Fr. Petrus Otero Definitor Generalis. = Ita est Fr. Joseph Maria de Vedano Definitor Generalis. = Ita est Fr. Bernardinus à Panormo Definitor Generalis. = Ita est Fr. Syrus à S. Georgio Definitor Generalis. = Ita est Fr. Venustianus Hiebel Definitor Generalis. = Ita est Fr. Franciscus Przylæchi Definitor Generalis. = Ita est Fr. Thomas Hyacinthus ab Asculo Definitor Generalis. = Ita est Fr. Bonaventura ab Arsano Definitor Generalis. = Ita est Fr. Dominicus Blasco à Tabernis Definitor Generalis. = Ita est Fr. Cherubinus à Roma Definitor Generalis. = Concordat cum Originali existente in hoc Archivio Aracœlitano generali. Fr. Fortunatus de Roma Lector Jubilatus, & Archivii Custos Loco ✠ Signi. = Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Petrus Joannetius Minister Generalis, nomine etiam dicti Definitorii, seu Discretorii Generalis, quo unanimi consensu confectum Decretum firmius subsistat, & servetur exactius, suumque sortiatur effectum (non obstante quod in Sext. Decret. lib. 5. tit. 12. *De Verborum significatione*, cap. 3. *Exiit qui seminat*, ubi fel. rec. Nicolaus PP. III. Prædecessor noster exposuit Regulam ejusdem Sancti Francisci, hæc verba habeantur. = Insuper dubitantibus Fratribus prædicti Ordinis, an pro eo quod in Regula dicitur, ut decedente Generali Ministro à Provincia-

li-

libus Ministris, & Custodibus in Capitulo Pentecostes fiat electio Successoris, omnium Custodum multitudinem oporteat ad Generale Capitulum convenire, aut (ut omnia cum majori tranquillitate tractentur;) sufficere possit, ut aliqui de singulis Provinciis, qui vocem habeant aliorum, intersint: taliter respondemus, ut scilicet singularum Provinciarum Custodes unum ex se constituant, quem cum suo Provinciali Ministro pro se ipsis ad Capitulum dirigant, voces, aut vices suas committentes eidem, quod etiam constituerint per se ipsos, Statutum hujusmodi duximus approbandum. Quod idem Prædecessor noster Gregorius IX. in casu hujusmodi dicitur respondisse. = Hactenus dictus Nicolaus ann. MCCLXXVII. hanc reductionem Vocalium fecit, quando idem Ordo triginta solùm numerabat Provincias, & S. Bonaventura dicti Ordinis regimen explere pergebat, & ipsamet dispositio in ipso Ordine vigebat, & subinde rec. mem. Leo PP. X. Prædecessor itidem noster in sua Constitutione incipien. = *Ite & vos in vineam meam, &c.* Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo septimo, quarto Kal. Junii, Pontificatus sui Anno quinto, paragrapho sexto. = Electio verò Successoris, (nempè Ministri Generalis) fieri debeat à solis Ministris Provincialibus, & Custodibus Reformatis tàm Cismontanis, quàm Ultramontanis, in Capitulo Generali sæpedicti Ordinis in festo Pentecostes, in loco, quem Minister Generalis cum Capitulo Generali proximo præcedenti duxerint assignandum, ad quod Capitulum omnes Ministri, & Custodes, sive Vocales tàm Cismontani, quàm Ultramontani accedere teneantur; Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos piis ejusdem Petri Joannetii Ministri Generalis, ac Discretorii, seu Definitorii Generalis hujusmodi votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ac eorum singulares personas à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab
hoc

homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes supplicationibus, eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecti filii nostri Hieronymi S. R. E. Diaconi Cardinalis, Columnæ nuncupati, dicti Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris voto, qui omnes ipsius Ordinis Superiores in Alma Urbe nostra prædicta degentes, vulgò, ut dicitur, *Officiales Curiæ* nuncupatos, confirmationi supradicti Decreti assentientes esse comperiit, præinsertum Decretum Discretorii, seu Definitorii Generalis hujusmodi, ac omnia, & singula in eo contenta, & expressa, non obstante dicti Leonis Prædecessoris Constitutione, quam quoad declarationem, & assignationem Vocalium ad Capitula Generalia factam, dumtaxat Auctoritate Apostolica revocamus, cassamus, & annulamus, in reliquis verò firmis remanentibus omnibus in ea contentis, & expressis, illam observari debere volumus, & declaramus, Auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti, etiam substantiales defectus, si qui desuper intervenerint supplemus, & sanamus. Decernentes easdem præsentes Litteras semper validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstante, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac Gregorii, Nicolai, & Leonis, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, & Ordinationi-

bus,

bus, ac Ordinis hujusmodi, & illius Provinciarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die V. Januarii MDCCLXIII. Pontificatus nostri anno quinto. = S. Card. Antonellus.

Don Ignacio Esteban de Higareda, del Consejo de S. M. su Secretario, y Escribano de Camara mas antiguo, y de Gobierno del Consejo:

Certifico, que por el Reverendo, y devoto Padre Fr. Pedro Juan de Molina, General de todo el Orden de S. Francisco, se presentó en el Consejo en nueve de este mes un Breve de su Santidad, su fecha cinco de Enero de mil setecientos sesenta y tres, expedido en conformidad de una Acta del Capitulo, que celebró su Religion en Mantua, reduciendo el numero de Vocales, que de las diferentes Provincias deben asistir à el Capitulo General: Y haviendose visto por los Señores del Consejo, teniendo presente lo expuesto en el asunto por el Sr. Fiscal; por Auto que proveyeron en once de este mes (entre otras cosas) concedieron el pase al citado Breve, para que se use de él; con tal, que en adelante no se pueda minorar

el

el numero de Vocales, ni alterar la forma actual, activa, y pasiva de los Generales, y Comisarios Generales de las dos Familias, ni prorogarse el tiempo de la duracion de estos oficios, ni hacerse otra novedad, sin el asenso de S. M. y del Consejo en asunto de esta clase. Y para que conste donde convenga, doy la presente Certificacion en Madrid á veinte y quatro de Febrero de mil setecientos sesenta y ocho. = Don Ignacio de Higareda.

Don Pedro Luis Sanchez, Secretario del Rey N. Sr. y de Gobierno, y Acuerdo de esta su Corte, y Audiencia, que reside en la Ciudad de Valencia, y Regidor perpetuo de la misma, &c. Certifico, que habiendose presentado en el Real Acuerdo celebrado extraordinario hoy dia de la fecha, la Certificacion que antecede, con el Breve que expresa, con asistencia, y concurrencia del Sr. Fiscal, fue acordado se cumpla, y guarde lo resuelto por el Consejo, segun, y en la forma que lo expresa dicha Certificacion; y dexando copia de ella, y del Breve, se vuelva original con Certificacion de esta Resolucion. Como todo lo referido es de ver del Libro de dicho Real Acuerdo, que está en la Secretaría de mi cargo, á que me remito. Y para que conste doy la presente, que firmo en Valencia á dos de Mayo de mil setecientos sesenta y ocho años. = Don Pedro Luis Sanchez.

Es copia del original Breve, de la Certificacion, y su cumplimiento, que por Decreto del Real Acuerdo de cinco de Mayo de mil setecientos sesenta y ocho se han mandado imprimir, y que à sus traslados impresos, firmados por mi, se les dé la misma fé, y credito, que á su original: de que certifico yo Don Pedro Luis Sanchez, Secretario del Rey N. Sr. y de Acuerdo, y Gobierno de esta Audiencia. = Don Pedro Luis Sanchez.

DON CARLOS, POR LA GRACIA DE DIOS, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jerusalen, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdeña, de Córdoba, de Córcega, de Murcia, de Jaen, Señor de Vizcaya, y de Molina, &c. A vos los Capitanes Generales del Reyno de Valencia, Principado de Cataluña, y á todos los Corregidores, Asistente, Gobernadores, Alcaldes Mayores, y Ordinarios, y otros Jueces, Justicias, Ministros, y personas de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de estos nuestros Reynos, y Señorios; y á los RR. PP. Provinciales, Guardianes, Presidentes, Vicarios de las Provincias del Orden de Menores de San Francisco de Cartagena, Cataluña, Valencia, y de San Juan Bautista de Descalzos, y demas Religiosos de ellas, á quienes lo contenido en esta nuestra Carta tocáre, ó tocar pueda en qualquier manera, salud, y gracia. SABED: Que por el R. y devoto P. Fr. Pedro Juan de Molina, Ministro General del Orden de San Francisco, se nos representó, que siendo uno de los principales cuidados que tenia, y debia tener, que en el Capitulo de su Religion, convocado para la proxima Vigilia de Pentecostes, dia veinte y uno de Mayo de este año, en la Ciudad de Valencia, no huviese la menor inquietud; ni con motivo del ingreso de muchos Vocales estrangeros, que deben acudir á él, se introdujesen con el disfráz del Habito de su Orden, personas, y sugetos que no fuesen Religiosos de ella, ni tales Vocales legitimos, con desagrado nuestro, y con peligro de turbacion de la tranquilidad pública; havia dispuesto las Letras-Patentes, que presenta, dirigidas á evitar estos inconvenientes con los mandatos, y providencias que en ellas se contenian; y nos suplicó, que siendo de nuestra superior aprobacion, fuesemos servido corroborarlas con una oportuna Auxiliatoria, para en caso que fuese necesario acudir al auxilio del brazo seglar; y el tenor de las citadas Letras-Patentes es el siguiente:

Le-

Letras-Patentes.

Fr. Pedro Juan de Molina, Lector de Sagrada Theologia, Theologo de S. M. C. en la Real Junta por la Inmaculada Concepcion de nuestra Señora, segunda vez Ministro General de todo el Orden de Menores de N. P. San Francisco, y Siervo. A los RR. PP. Provinciales, Guardianes, Presidentes, y Vicarios de nuestras Provincias de Cartagena, Cataluña, Valencia, y de San Juan Bautista de Descalzos, y demás Religiosos de ellas, á quienes las presentes toquen, y puedan de algun modo tocar, salud, y paz en nuestro Señor Jesu-Christo. Por las presentes hacemos memoria à VV. PP. y RR. de lo que tenemos prevenido, y ordenado por nuestras Circulares Convocatorias del proximo Capitulo General, expedidas en veinte y seis de Octubre del año pasado de mil setecientos sesenta y seis, en que á fin que tenga su debido cumplimiento lo acordado en el ultimo Capitulo General de Mantua, y aprobado, y confirmado por nuestro Santisimo Padre Clemente XIII. en punto de minorar el excesivo numero de Vocales de los Capitulos Generales, no solo intimamos á todos los Religiosos no Vocales precepto para no venir á Capitulo General, ni salir con esa mira, ó pretexto de sus Provincias, baxo las penas de apostasía gravisima, y demas contenidas en nuestras Leyes contra los inobedientes, y rebeldes; sino que á los Vocales les mandamos arregladamente á lo decretado por la Orden, y confirmado por la Silla Apostolica, y les imponemos el siguiente mandato: *Ut decretum supra relatum in postremo nostro Generali Capitulo editum, confirmationisque Apostolicæ patrocinio communitum; integrum suum sortiatur effectum, sub pœna privationis suffragii absque ulla indulgentiæ spe subeunda præcipimus, ut uniuscujusque Provinciæ Minister (vel respectivè Custos) ad decreti ejusdem normam, atque proscriptum tantummodò suum Tertiarium deferat: Discreti autem Generales unum socium, vel Sacerdotem, vel laicum cum Tertiario.* Estos mismos mandatos reiteramos, y confirmamos

mos por estas nuestras Letras. Y hechos cargo de algunos sucesos acontecidos en estos Reynos, mucho despues de la expedicion de las citadas Convocatorias, que exigen toda nuestra vigilancia, y cuidado, para que con ocasion de la entrada en ellos de los Vocales de nuestra Orden de las Naciones estrangeras, no se introduzcan personas sospechosas, y que no pueden, ni deben entrar en España, sin grave deservicio del Rey nuestro Señor: deseando, como deseamos, cumplir con la gravisima obligacion de leales, y reconocidos Vasallos, y que por ningun modo falte ninguno de nuestros Subditos por negligencia, ni por inadvertencia á quanto pertenece á su Real servicio; prevenimos, y encargamos, y mandamos á VV. PP. y RR. las cosas siguientes.

I. Que todos los Guardianes, Presidentes, ó Vicarios examinen con todo rigor, si los Vocales, que llegan á sus Conventos, nombrandose tales, lo son en realidad, y si son Provinciales, ó Custodios; y siendo Custodios, si trahen las Letras correspondientes, en que conste venir por impedimento de sus respectivos Provinciales; y en caso de alguna duda, avisarán prontamente á sus Provinciales, proponiendola, y esperando su resolucion; asegurando en su Convento á los Vocales, y Compañeros sobre quienes ocurriese la duda; y los RR. PP. Provinciales determinarán lo que hallen ser justo, y arreglado á nuestras Leyes, y á lo prevenido en nuestras Convocatorias, y en estas nuestras Letras; y nos darán pronto aviso de lo ocurrido, y de su resolucion.

II. Mandamos por santa obediencia, y só pena de privacion de sus oficios *ipso facto* á los PP. Guardianes, Presidentes, y Vicarios, que gobiernen actualmente el Convento, que no permitan pasar adelante ningun Religioso llamado Vocal, que no sea de los expresados, y llamados en nuestras Convocatorias, aunque aleguen serlo por gracia, ó por indulto de qualquiera Superior; y le asegurarán en su Convento, remitiendonos el Indulto, para ver si es, ó no admisible, y legitimo; siendo cier-

to

to que de ninguno se nos ha dado noticia; y teniendola segura de que nuestro Santisimo Padre ha estado, y está muy firme en que subsista, y se observe su Breve, y Constitucion de cinco de Enero de mil setecientos sesenta y tres, á que son uniformes nuestras Convocatorias.

III. Igualmente mandamos baxo las mismas penas, que no dexen pasar adelante ningun Compañero Religioso, Sacerdote, Lego, ni Terciario contra el numero señalado arriba, y en las Convocatorias muchas veces dichas: y demás de esto observen con exquisito cuidado el porte de los Compañeros, y si verdaderamente son Religiosos de nuestra Orden, ó Donados criados en ella, reparando en su modo de hablar, de hacer las ceremonias acostumbradas en la Orden, si tienen instruccion en nuestra Regla, y estado, y noticia de las Provincias de donde vienen, para lo qual se valdrán los Provinciales, y Guardianes de los Religiosos mas advertidos, que haya en sus Conventos: y los PP. Provinciales destinarán algunos á este fin á los Conventos de la Costa, si no hallasen en alguno de ellos de los habiles para el fin dicho. Y prevenimos á todas VV. PP. y RR. que en el cumplimiento de estos nuestros mandatos, y aplicacion de las penas, serémos inexorables. Los RR. PP. Provinciales de dichas quatro Provincias harán publicar estas nuestras Letras en los Conventos Capitales de sus Provincias, y en todos los de la Costa, desde Cartagena hasta Figueres en Cataluña, que no disten mas de ocho leguas del Mediterraneo. En todos los quales se registrarán para tenerlas presentes, y observarlas á la letra. Y si se ofreciere necesidad, puedan invocar el auxilio del brazo secular, acudiendo á los Excelentisimos Señores Capitanes Generales de Cataluña, y Valencia, y demás Justicias inmediatas. Damos á VV. PP. y RR. la Serafica bendicion. Dadas en nuestro Convento de N. P. San Francisco de Madrid en nueve de Febrero de mil setecientos sesenta y ocho. Fr. Pedro Juan de Molina, Ministro General. Por mandado de su P. R. Fr. Joseph de San Pedro de Alcantara, Secreta-

tario General de la Orden. Y visto por los del nuestro Consejo, con lo que sobre ello expuso el nuestro Fiscal, por Auto que proveyeron en once de este mes, entre otras cosas, se acordó expedir esta nuestra Carta. Por la qual os mandamos á vos dichos Capitanes Generales, Gobernadores, y demás Justicias de estos nuestros Reynos, que siendoos presentada esta nuestra Carta, veais las Letras-Patentes, expedidas por el R. y devoto P. Fr. Pedro Juan de Molina, General de todo el Orden de San Francisco, en nueve de este mes, que van insertas; y en la parte que os toque, para que tenga puntual cumplimiento lo que por ellas se dispone, prestaréis al referido P. General el auxilio que os pidiere, y sea preciso para el fin insinuado. Y encargamos á los PP. Provinciales, Guardianes, Presidentes, y Vicarios de las expresadas Provincias de Cartagena, Cataluña, Valencia, y San Juan Bautista de Descalzos, y demás Religiosos de ellas, guarden, cumplan, y executen las citadas Letras-Patentes en todo, y por todo, segun, y como en ellas se contiene, sin permitir su contravencion en manera alguna, pena de nuestro desagrado, y de proceder contra qualesquier contraventor á lo que haya lugar: por convenir asi al servicio de Dios, al nuestro, y al de la misma Orden, y ser nuestra voluntad. Dada en Madrid á veinte y quatro de Febrero de mil setecientos sesenta y ocho. El Conde de Aranda. Don Rodrigo de la Torre. Don Simon de Anda. Don Gomez de Tordoya. Don Agustin de Leyza Eraso. Yo Don Ignacio Esteban de Higareda, Secretario del Rey nuestro Señor, y su Escribano de Camara, la hice escribir por su mandado, con acuerdo de los de su Consejo. *Registrada*: Don Nicolás Verdugo. *Teniente de Chanciller Mayor*: Don Nicolás Verdugo.

LI-

LICENCIA DEL CONSEJO.

DON Ignacio Esteban de Higareda, del Consejo de S. M. su Secretario, Escribano de Camara mas antiguo, y de Gobierno del Consejo: Certifico, que por el R. y devoto Padre Fr. Pasqual de Varés, Ministro General de toda la Orden de San Francisco, se ocurrió al Consejo solicitando se sirviese dar la aprobacion, y licencia, para que las Actas hechas en el Capitulo General de dicha Orden, celebrado en la Ciudad de Valencia el dia veinte y uno de Mayo del presente año, y de que presentaba copia autorizada, se pudiesen dar á la estampa; mediante ser de su obligacion dar noticia á las Provincias de la citada Orden de las determinaciones del Capitulo General: Y vista por los Señores del Consejo esta instancia, y las referidas Actas con lo expuesto por el Señor Fiscal, por Auto que proveyeron en tres de este mes, concedieron Licencia al citado R. y devoto Padre General Fr. Pasqual de Varès, para que pueda hacer imprimir dichas Actas, que van rubricadas, y firmadas al fin por mí el infrascripto Secretario; con tal que se inserte el Breve tocante á suprimir la concurrencia de Custodios, con la Certificacion del *Pase*, dado por el Consejo, y la Provision auxiliatoria, expedida por este Supremo Tribunal en veinte y quatro de Febrero de este año, á fin de que conste con integridad de este asunto, y se conserve en las Actas estos documentos del exercicio de la Regalia de S. M. y proteccion de la disciplina Monastica, por lo que pueden conducir para el gobierno de iguales casos en lo sucesivo; guardando en lo demás de dicha impresion lo dispuesto, y prevenido por las Leyes, Pragmaticas, y Autos Acordados de estos Reynos, y executandose en papel fino, y buena estampa: Y asimismo mandaron, que el P. General remita un exemplar impreso de dichas Actas, para que se úna, y quede con el Expediente: Y para que conste doy la presente Certificacion, y la firmé en

Digitized by Google

en Madrid á nueve de Agosto de mil setecientos se-
senta y ocho.

D. Ignacio Higareda.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Fr. PASCHALIS A VARISIO,

Lector Emeritus, Catholicæ Majeſtatis in Regali Matritenſi Congreſſu pro Immaculata Virginis Conceptione Theologus, & totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Patris noſtri Franciſci Miniſter Generalis, & humilis in Domino Servus.

UNIVERSIS DILECTISSIMIS in Chriſto Patribus, ac Fratribus, Superioribus, & Subditis curæ, ac juriſdictioni noſtræ ſubjectis pacem veram de Cœlo, & ſinceram in Domino charitatem.

I. *INveſtigabilium viarum Deus* (*a*) *qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ* (*b*) *attingens à fine uſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuaviter* (*c*) tot inter viros doctrina celebres, morum gravitate probatos, prudentia in rebus agendis conſpicuos, ac regularis diſciplinæ zelo, omniumque virtutum ſplendore commendatos ad ſupremum Generalatus totius Seraphici Minorum Inſtituti culmen, nullis ſuffragantibus meritis, tenuitatem noſtram evehere dignatus eſt, ampliſſimique ac pene innumerabilis Gregis regimen humeris noſtris imponere, dum in nuperis Comitiis Generalibus Valentiæ Edetanorum celebratis Nos in Miniſtrum Generalem, & Ser-

(*a*) Rom. 11. 33. (*b*) Epheſ. 1. 11. (*c*) Sap. 8. 1.

vum totius Minoriticæ Fraternitatis cooptari voluit, & Parvitatem nostram cæteris præesse disposuit. *Quo opere Dominus quid cordibus nostris insinuat, quidve commendat, nisi ut de justitia sua nemo præsumat, & de ipsius misericordia nemo diffidat? Quæ tunc evidentius præeminet, quando peccator sanctificatur, & abjectus erigitur* (a). *Respiciens tamen ad exiguitatis meæ tenuitatem, & ad suscepti muneris magnitudinem etiam ego illud Propheticum debeo proclamare: Domine audivi auditum tuum & timui; consideravi opera tua & expavi. Quid enim tam insolitum, tam pavendum, quam labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti* (b)? *Quid timendum magis quam judicium durissimum, quod his, qui præsunt, fiet? exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur* (c). *Non desperamus tamen, neque deficimus, quia non de nobis, sed de illo præsumimus, qui operatur in nobis. Quamvis enim nos ad explendam nostri officii servitutem & infirmi inveniamur, & segnes; dum si quid devote & strenue agere cupimus, ipsius nostræ conditionis fragilitate tardamur, habentes tamen incessabilem propitiationem omnipotentis & perpetui Sacerdotis, qui similis nostri, æqualis Patri, divinitatem usque ad humana submisit, humanitatem usque ad divina provexit, digne & pie de ipsius constitutione gaudemus. Quoniam etsi multis Pastoribus curam suarum ovium delegavit, ipse tamen dilecti gregis custodiam non reliquit* (d). Confidimus quinetiam futurum, ut suo validissimo patrocinio, quo Franciscanæ Familiæ in angustiis gementi opportuna semper adfuit, Nobis quoque præsto sit Beatissima Virgo Maria, cujus Immaculatæ Conceptionis decus, decus, si quod aliud, amplissimum, peculiari devotionis affectu pro viribus adserere nisus est semper Seraphicus Ordo, inque dies magnificare non cessat. Sed & spem erigit S. P. N. Francisci, & Sanctorum Filiorum ejus, unàque Fratrum nostrorum (quorum

(a) S. Leo in Anniv. suæ Assumpt. Serm. 1. (b) Idem Serm. 2. (c) Sap. 6. 6. & 7. (d) S. Leo Serm. 2.

rum vestigia præmere nitimur) in Cœlis regnantium intercessio; quam quidem efficaciorem assequuturi erimus, si vos, Filii in Domino dilectissimi, uti obsecramus, & obtestamur, vota huc vestra referetis, perennesque ad Deum preces Nobiscum effuderitis, ut pro sua miseratione *mittere dignetur Sedium suarum adsistricem Sapientiam* (*a*) quæ Nobiscum sit, & Nobiscum laboret: *Vobis autem cor docile* (*b*), ut quæ dederimus salutis monita, hæc lubenti animo, alacriterque exequamini. Illud unum intimo cordi hæret, nimirum ut Familia nostra universa pristino sanctioris observantiæ, multarumque virtutum splendori restituatur non modo, sed & castissimis moribus, vitæ innocentia, optimis SS. Patrum institutis, ac sacræ Paginæ, Majorumque nostrorum doctrinis instauretur, regularisque disciplinæ vigor, benedicente Domino, magis ac magis augeatur; atque una simul corripiantur qui sui suæque professionis immemores, Ordinis universi decorem sanctitatemque exemplo pravo, & laxis doctrinis imminuunt, confundunt, & destruunt quidquid misericors Dominus piis tot Sanctorum Fratrum operibus ædificavit olim, & nunc ædificare haud cessat. Dolemus equidem, nimiumque angimur Ordinis regimen Nobis commissum fuisse temporibus hisce, quibus refrigescente multorum charitate, morum disciplina relaxata, puritate sanioris doctrinæ neglecta, succrescente ambitionis æstu, plerisque dein quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi quærentibus, Jeremiæ verbis lamentari cogimur: *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides Sanctuarii* (*c*)? Redeamus igitur ad cor, dilectissimi, sancteque ad mentem revocemus priora illa sæcula, quibus Religio nostra Christi bonum odorem quaquaversum effundens, purioris doctrinæ pabulo Filios suos, cæterosque enutrite satagens, Evangelicæ perfectioni studebat adeo, ut omnium in se admirationem, amorem, obsequium conciliaret. *Consideremus pactum, conditionem attendamus, militiam nos-*

(*a*) Sap. 9. 4. (*b*) 3. Reg. 3. 9. (*c*) Thren. 4. 1.

camus; pactum quod spopondimus, conditionem qua accessimus, militiam cui nomen dedimus (*a*). *Luceat lux nostra coram hominibus, ut videant opera nostra bona, & glorificent Patrem nostrum qui in Cœlis est* (*b*). Audite demum verba mea, & ipsum vobis loqui credite, cujus licet immeriti vice fungimur; affectu enim vos alloquimur S. P. N. Francisci, & *obsecramus ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, & juste, & pie vivamus expectantes beatam spem* (*c*). *Semper subditi, & subjecti pedibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, stabiles in Fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & Sanctum Evangelium Domini nostri Jesu-Christi, quod firmiter promisimus, observemus* (*d*). Quo autem hæc mentibus vestris obversentur, *aliqua corrigenda, nec penitus tacens, nec omninò exprimens, nec nova statuens, nec vincula superinducens, nec onera gravia imponens, sed veritatis annunciator breviter expono, videns illa non reticenda* (*e*).

II. Itaque vos Apostolicis verbis in antecessum alloquimur, qui in partes sollicitudinis nostræ vocati, Gregi Nobis concredito præesse debetis. *Pascite qui in vobis est Gregem Dei, providentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo.* (*f*) Pascite orationum fervore, quotidianis Sacrificiis, obsecrationibus, poſtulationibus, gratiarum actionibus Dominum exorantes, ut ipse singulorum gressus dirigere dignetur, ne à recto tramite declinent, sed puri & immaculati ambulent in viis ejus. *Pascite* verbo, *instantes opportunè, importunè, arguentes, obsecrantes in omni patientia & doctrina. . . . . in omnibus laborantes, ministerium vestrum implentes* (*g*). *Pascite* demum, *vosmetipsos præbentes exemplum bonorum operum in doctrina, in integrita-*

(*a*) S. Joan. Chrysost. Serm. de Martyr. quod aut imitandi sunt, aut non laudandi. (*b*) Matth. 5. 16. (*c*) Tit. 2. 12. (*d*) Cap. Reg. nostræ 12. (*e*) S. Bonav. in Epist. dat. Parisiis 1257. (*f*) 1. Petr. 5. 2. & 3. (*g*) Ad Timoth. 4. 5.

tate, *in gravitate* (*a*). Estote ipſimet ſolliciti Regulæ, aliarumque legum cuſtodes : omnia ſeu Chori, ſeu piæ conſuetudinis, ſeu communitatis exercitia obite impigri, niſi manifeſta quandoque muneris veſtri occupatio aliud expoſcat. Nullam victus, veſtitus, aut alterius cujusvis rei ſingularitatem intueantur in vobis ; factuque obſervanda exhibete, quæ cæteros verbo docueritis, *ut is, qui ex adverſo eſt, vereatur, nihil malum habens dicere de vobis* (*b*).

III. Sed qui omnibus præſumus, omnibus verba facturi, ab iis initium ducimus, quæ propriam cujusque ſanctificationem, adimplementum votorum, regularisque diſciplinæ cultum reſpiciunt. Meminerint igitur omnes obligationis ſtrictiſſimæ, qua diurnis, nocturniſque Horis Canonicis, & Orationi mentali præſcriptis per Statuta Ordinis temporibus intereſſe tenentur, graviſque omiſſionis reos ſe conſtituere, qui quovis quæſito colore à piis hujusmodi exercitiis ſæpe abſunt, niſi fortè vel ratio ſtudiorum, vel vera infirmitas, aut alia cauſa noſtris in legibus probata eos aliquando excuſet. Quapropter invigilent seriò Superiores locales, quorum præcipuè id intereſt, ut nemo prorſus à ſervitio Chori ſe eximat, negligentes moneant, & ſeverioris diſciplinæ remediis, ſi opus fuerit, compellant: Superiorum verò localium quoad hæc deſidia & negligentia à Miniſtris Provincialibus pro culpæ qualitate plectatur. Quod ſi Provinciales Miniſtri ſuo officio functi non fuerint, Viſitatorum erit à Nobis (vel ab aliis facultatem habentibus) deputatorum in eos animadvertere. In divinis porrò laudibus perſolvendis in Choro caveant prorſus ab omnibus, quæ Domum Dei & *Sancta Sanctorum* dedecent : proptereaque modeſta corporis compoſitione, intimo pietatis affectu, mente & ſpiritu Deo pſallant, cantantes vocibus, cordibus exultantes; non oſcitanter, perturbatè, curſim, confusè verba proferentes, ſed attente, devote, rotunde quæque pronuncian-

(*a*) Ad Tit. 2. 7. (*b*) Ibidem.

cantes, nulli nimia velocitate, vel tarditate molestiam creantes legant, audiant, psallant, & canant, non cantibus, ut vocant, fractis, aut musicis, quibus alliciuntur aures, sed devotis, & compositis, qui fidelium pietatem excitant, & majestatem redolent Ecclesiasticam.

IV. In peragendis sacrosanctis Altaris Mysteriis convenit omninò ubique, & ab omnibus sacrorum Rituum uniformitatem servari juxta Cæremoniale Romanum, & Ordinis nostri, talibus corporis gravitate, incessu, motu, gestuque eadem pertractari, quibus *mentes fidelium per hæc visibilia religionis, & pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in iis latent, contemplationem excitentur; propterea enim pia Mater Ecclesia ritus quosdam instituit, cæremonias item adhibet, ut adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem facilius extollantur* (*a*). Quo tam pio ac salutari fine ne unquam frustrentur Christifideles, eorumque languescat devotio ob pravam alicujus nostratis, & indevotam Mysteriorum hujusmodi tractationem, Tridentinorum Patrum vota sequuti volumus, & mandamus, ut in unoquoque Conventu Religiosus aliquis pius, devotus, inque Ritibus sacris benè versatus designetur, qui sedulò minus expertos edoceat, & sacris functionibus Altaris adsistat, sicque omnia religioso, ut addecet, cultu ac devotione peragantur. *Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum Missæ sacrificium omni religioso cultu ac veneratione celebretur, quivis facilè existimare poterit qui cogitarit maledictum in sacris litteris eum vocari qui facit opus Dei negligenter. Quod si necessariò fatemur, nullum aliud opus adeo sanctum ac divinum à Christifidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum Mysterium, quo vivifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in Altari per Sacerdotes quotidie immolatur, satis etiam apparet omnem operam, & diligentiam in eo ponendam esse, ut quanta maxima fieri potest, interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori devotionis, ac pietatis specie peraga-*

(*a*) Concil. Trid. ses. 22. cap. 5.

agatur (*a*). Quem igitur in admirationem non rapiat, immo quis animi justè indignantis impetum refrænet adversus damnabilem *irreverentiam*, *quæ ab impietate vix sejuncta esse potest* (*b*), quorundam Sacerdotum, qui quodcumque temporis spatium insumunt, omnem adhibent accuratioremque diligentiam in iis, quæ corporis commodum spectant, & solatium: è contrà sacrosanctum Missæ Sacrificium oscitanter adeo, indevote ac festine peragunt, ut in supremi Numinis injuriam convertant id quod ad excellentius obsequium Deo exhibendum est institutum? Eccur non dixerimus cum Apostolo istiusmodi Sacerdotes *manducare panem*, *& bibere calicem Domini indigne*; *reos esse corporis*, *& sanguinis Domini*: *judicium sibi manducare*, *& bibere non dijudicantes corpus Domini* (*c*)? Quem lateat horrendum exinde scandalum, maximumque sanctissimæ Eucharistiæ contemptum procreari in mentibus fidelium, quibus Ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei indigna istiusmodi tractatione insultantes potius quam sacrificantes sese exhibent conspiciendos? *Nullum* (ajebat meritò S. Gregorius Magnus) *nullum puto fratres charissimi ab aliis majus præjudicium quam à Sacerdotibus tolerat Deus*, *quando eos*, *quos ad aliorum correctionem posuit dare de se exempla pravitatis cernit*; *quando ipsi peccamus*, *qui compescere peccata debuimus* (*d*). His ergo, quæ scandali mensuram implesse videntur, obviam ire peroptantes mandamus Superioribus Localibus, ut zelo Domini succensi, auctoritate nostra, perpetua suspensione aliisque tali suspensioni annexis pœnis arceant à sacris Altaribus Sacerdotes illos, qui talis culpæ rei, serioque moniti, luculenta sinceræ constantisque emendationis argumenta non exhibuerint. Quod ut omnino executioni mandetur, Ministrorum Provincialium erit, & Visitatorum occasione Visitationis ab omnibus, & singulis hac de re diligentissi-

(*a*) Idem Conc. ses. 2. in Decreto de observandis..... (*b*) Idem Concil. ibidem. (*c*) 1. Corinth. 11. 27. & 29. (*d*) Hom. 17. in cap. 20. Luc. ante med.

Digitized by Google

simè inquirere, & Superiores Locales, quos severissima horum defectuum, & irreverentiarum omnium justo judici reddenda ab ipsis ratio haud terret, nimiæ seu indulgentiæ, seu negligentiæ culpabiles irremissibili absolutaque officii privatione punire. Diligens quoque ab ipsis inquisitio fiat, an omnes, & singuli Religiosi, nemine prorsus excepto, singulis annis (uti Antecessores nostri sæpe præscripsere, & Nos denuo præcipimus) octo saltem dierum spatio *spiritualia*, ut vocant *exercitia* ab omni qualibet occupatione interim semoti peregerint, vel omnes simul, vel alternatim, prout Conventuum, vel personarum occasio postulare visa fuerit. Quo autem istiusmodi exercitia suum consequantur effectum, animarum nempe profectum, in unoquoque Conventu designabitur Religiosus pius æque ac doctus, cujus erit tunc temporis omnia huc conducentia dirigere. Quod si fortè contigerit Conventum aliquem quandoque Religioso ad id idoneo destitui, Ministri Provinciales curent evocare eos ex aliis Conventibus, & illuc ad finem hunc salutarem destinare. Optandum quinimò foret, ut quævis Provincia nonnullos haberet exercitatiores, huicce ministerio unicè addictos, qui opportunè Conventus Provinciæ singulos peterent, munus istud obituri; magnum enim exinde animarum profectum, & disciplinæ regularis incrementum derivaturum certò certius speramus. Equidem si plurimorum in verbo Dei disseminando occupationem probamus ob sæcularium salutem, & merito si, ut Fratres Minores decet, id fiat; quidni, quum de Fratrum nostrorum utilitate, & monasticæ observantiæ cultu promovendis agitur, modis omnibus, totis viribus insudabimus? Qua de re cum salutaris obedientiæ merito omnes hortamur, ac per viscera Jesu-Christi obtestamur tum Superiores Provinciales, tum ab his deligendos, ut operi tam proficuo promovendo omnem diligentiam adhibeant, magnum sibimetipsis meritum dubio procul acquisituri.

V. De votis jam Deo nuncupatis Nobis nonnulla dicere cogitantibus statim sese offert, quod est peculiare Ordi-

dinis nostri insigne, ejusdem firmissimum fundamentum, Evangelica nempe Paupertas, qua abdicato rerum omnium temporalium dominio, simplici dumtaxat ac moderato earumdem usu permisso, curis omnibus exonerati, Christum Jesum Crucifixum sequi profitemur. Hæc erat, ut nostis pretiosissima Seraphici Patriarchæ margarita; hanc ceu Sponsam dilectissimam unicè coluit; hanc adhortationibus modo, modo præceptis, nunc pœnarum timore, nunc spe præmiorum nobis filiis suis jure veluti hæreditario summopere custodiendam reliquit. Huc enimverò collimant tot ac tam sæpe repetita, brevissimo periodorum circuitu in hanc rem præcepta; huc collimat interdicta, repetitisque circumstantiis, phrasibus, exceptionibus exposita pecuniarum non modo possessio, sed ipsa etiam contrectatio. *Fratres nihil sibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tamquam peregrini, & advenæ in hoc sæculo in paupertate, & humilitate Domino famulantes.......* (*a*). *Vestimentis vilibus induantur* (*b*). *Non habeant nisi duas tunicas* (*c*). *Non utantur calceamentis* (*d*). *Non debeant equitare, nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur* (*e*). His haud contentus studiosissimus altissimæ paupertatis cultor idem rursus præceptum inculcat: *Præcipio*, adverbio *firmiter*, negatione *nullo modo* munitum; atque exceptione roboratum, *eo semper salvo, ut sicut dictum est, denarios, vel pecuniam non recipiant* (*f*). Quum verò vitandi otii causa filios suos honestis laboribus occupari optaret, illos ab omni hujus præcepti nævo cautos facturus, addit: *De mercede verò laboris pro se, & suis fratribus corporis necessaria recipiant, præter denarios, vel pecuniam* (*g*). Ut igitur ne lato quidem ungue ab altissima, quam profitemur, paupertate recedatur, volumus, ut ab omnibus Superioribus, & subditis omnimodæ exactæque mandetur executioni Apostolica venerabilis memoriæ Innocentii XI. Constitutio incipiens: *Sollici-*

(*a*) Cap. 2. Regulæ nostræ. (*b*) Ibidem. (*c*) Ibidem. (*d*) Ibidem. *e*) Cap. 3. (*f*) Cap. 5. (*g*) Cap. 4.

tudo Paſtoralis, edita die 20. Novembris an. 1679. & Conſtitutio felicis recordationis Innocentii XII. incipiens: *Aliàs à felicis recordationis*, edita die 2. Julii an. 1693. Quod ſi quis ſui ſuæque profeſſionis immemor, eminens iſtud præcipuumque Seraphici Legiſlatoris præceptum violare auſus fuerit, contrectans pecuniam, recipiens per ſe, vel per interpoſitam perſonam, aut quovis modo dominium retinens, juridici efformentur Proceſſus, ac violatores hujuſmodi ad normam ſtricti juris puniantur. Si verò quiſpiam (quod Deus avertat) adhuc hujus criminis reus ex hac vita migraverit, Eccleſiaſtica ſepultura privatus in ſterquilinium projiciatur, cunctis illud Petri repetentibus: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem* (*a*), ut unius exemplo edoceantur cæteri æquiſſima Dei judicia timere ac venerari, ſibique præcavere. Hæc porrò ad rem præſentem ex prælaudato Innocentio XI. omninò referenda ducimus: *Ut omnis occaſio transgrediendi præceptum de non contrectandis denariis ſeu pecuniis auferatur, omnibus & ſingulis dicti Ordinis Prælatis ſive Superioribus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna privationis ſuorum officiorum injungimus, ut nulli Religioſo ejuſdem Ordinis permittant adminiſtrationem fundorum, redditUum, aut quarumcumque aliarum rerum & bonorum mobilium vel immobilium, cujuſcumque Domini illa ſint; & ſignanter ut nulli Religioſorum Ordinis hujuſmodi permittatur adminiſtratio bonorum temporalium alicujus Monaſterii Monialium ſub quovis prætextu, aut nomine, nempe Adminiſtratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut quovis alio imaginabili* (*b*).

VI. Cæterum ad removendam à Subditis occaſionem, quemvis quæſitum colorem præcepti hujus violandi, patrandique peccata proprietatis, neceſſe eſt, ut invigilent attentè Superiores, illorumque indigentiis opportunè ſuccurrant, tum quoad victum, tum quoad veſtitum, tum etiam quoad reſpectiva eorum officia; utriſque, præſertim Sub-

(*a*) Actor. 8. 20. (*b*) Innoc. XI. ibidem.

Subditis semper ob oculos obversantibus altissimam, quam voverunt, Paupertatem: *Fœdum est enim profanumque mendacium summæ paupertatis voluntarium professorem se adserere, & rerum penuriam pati nolle.* Qua de re sit in unoquoque Conventu Cella communis apta ad conservationem cujusvis speciei vestimentorum, quorum usus moderatus nobis concessus est, eademque diligenter manuteneatur rebus necessariis ita semper instructa, ut quandocumque opus fuerit, Fratrum indigentiis succurratur. Si autem alicubi istiusmodi vestimentorum Communitas nondum erecta fuerit, erigatur; & illuc Fratrum quilibet conservandam deferat quamcumque vestimentorum speciem, quorum actuali usu non indiget, ne alioqui, aut illicite ea sibi procurare cogantur, aut alteri superabundet quod levandæ necessitati alterius opus esset. Ne verò ab istiusmodi Communitate erigenda excusari valeant Superiores ob Conventus inopiam, volumus & districte præcipimus, ut ad præscriptum Constitutionum Apostolicarum, Regulæ nostræ, & Statutorum Ordinis omnes & singulæ eleemosinæ à Benefactoribus, vel particularibus Personis sponte aut gratis oblatæ, vel intuitu laborum quorumcumque, mercedis, lecturæ, concionum, officii, exercitii, aut occupationis cujusvis acquisitæ ad Conventum pertineant, modo in nostra Regula permisso; proindeque nullam, ne ad usum quidem super iisdem eleemosinis Fratres particulares jurisdictionem habeant; sed integræ omnino apud Syndicum Apostolicum, vel Substitutum ejus deponantur, cum aliis eleemosinis Conventus incorporentur, permisceantur, & confundantur, ut exinde omnibus omnium necessitatibus absque discrimine ullo fiat satis. Auferatur quoque è medio omnis ciborum singularitas sive in quantitate, sive in qualitate aut delectu, ac ita congruæ omnium sustentationi provideatur, ut in quavis mensa communi omnes iisdem pane, vino, obsonio, sive, ut ajunt, pitantia vescantur, exceptis dumtaxat iis, quos infirmitatis causa excusaverit. Si enim omnes pro suo modulo ex æquo laborant, omnes ex æquo victum & vestitum, suorum laborum fruc-

tum percipere debent; ne alioqui meritò alter alteri obtrudat illud: *Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est* (*a*). Verbo: Studeamus Paupertati, quæ est excellentius Ordinis nostri decus: Paupertatem redoleant ædificia, ad necessitatem accommodata, non divitum domos æmulantia: Paupertatem sapiat uniformitas victus & vestitus, cujusvis singularitatis & delectus expers: Paupertatem denique referat ipsa Ecclesiarum suppellex, *Deum quippe in spiritu & veritate oportet adorare* (*b*).

VII. Ejusdem altissimæ Paupertatis ramus est aliud Regulæ nostræ præceptum: *Fratres non debeant equitare, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur* (*c*). Quod quidem ab omnibus & singulis observari volumus, vel etiam ab illis, qui sanctæ Visitationis, aut Prædicationis causa iter faciunt; multoque etiam magis ab iis, qui simplicis oblectamenti intuitu, aut vagandi prurigine sub specie quandoque devotionis itinera suscipiunt. Nostra certè quod interest, ne hujus præcepti violandi causam alicui præbere videamur, Provinciarum Visitatores ex Provinciis, quoad fieri poterit, vicinioribus seligemus; ipsis vero ex nunc pro tunc injungimus, ut si forte oneri huic, ut supra, obeundo pares non fuerint, certiores Nos reddant (quod idem fiet, si fuerint ab alio destinati) Visitatorem idoneum quæsituros. Concionatores itidem, illi præsertim, qui non Superiorum jussu, sed propria industria studioque loca, ubi Prædicationis munere fungantur, sibi acquirunt, caveant omnino ab istiusmodi præcepti violatione: si secus egerint, Nobisque innotuerit, concionandi officio se à nobis privatum iri meminerint. Qui autem ob singularem aliquam in verbo Dei disseminando Apostolici zeli prærogativam uberioris animarum fructus reportandi spem faciunt, & commodiori aliquo ad iter agendum modo opus habuerint, Nobisque aut aliis Superioribus suam ipsorum necessitatem exposuerint, eo tantum casu, charitate proximi & animarum utilitate

ne-

(*a*) 1. Corinth. 11. 21. (*b*) Joan. 4. 24. (*c*) Cap. 3.

necessitatis vices supplentibus, poterunt Superiorum permissu sibi providere modo quoad fieri poterit humiliore. Ad illos demum quod attinet, qui simplicis oblectamenti causa vagandique pruritu itineribus se dedunt, prohibeantur omnino equitare, curru aut rheda vehi, aut alio quovis commodo uti. Nos certè istiusmodi facultatem non concedemus; quam si quis molestis petitionibus, vel intercessione Magnatum extorquere nisus fuerit, suæ importunitatis & audaciæ pœnam luet eo sensibiliorem, quo opus fuerit ad exemplum cæterorum: præterquamquod enim & Benefactores & Conventus molestia vix ferenda gravantur, Religiosorum munus est, non huc aut illuc vagando oblectationibus indulgere, sed consuetudinum regularium exercitio & propriæ sanctificationi & proximorum saluti adlaborare.

VIII. Exacta porrò Paupertatis custodia mirum quantum conferet ad duplicis alterius voti, castitatis nempe & obedientiæ adimplementum! Humiliatus namque Religiosus, viribusque fessus propter macerationes, vigilias & abstinentias, quas necessario secum fert Paupertas, multo facilius voluntati Superiorum morigerum se præbebit, carnem spiritui subjiciet, omnesque obices superabit, quibus illa impetitur virtus, qua similes Angelis efficimur. Quamobrem de duobus hisce essentialibus votis pauca dicturi, ad mentem omnium revocamus (quoad obedientiam) S. P. N. Francisci salutarem adhortationem, quin & præceptum: *Fratres qui sunt Subditi, recordentur, quod propter Deum abnegaverunt proprias voluntates. Unde firmiter præcipio eis, ut obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino observare, & non sunt contraria animæ suæ & Regulæ nostræ*(a). Porrò consentaneum omnino est & animæ & Regulæ Fratres ex uno ad alium Conventum evocatos Superiorum jussa exequi, memores illorum verborum: *Fratres nihil sibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem*(b). Igitur qui obedientiam

(a) Cap. 10. Reg. (b) Cap. 2. Reg.

tiam parvipendentes, Superiorum voluntati obsistunt in hujusmodi dispositionibus, & extranearum quarumcumque personarum exinde implorant auxilium aut favorem, ad normam Constitutionum Apostolicarum, & Statutorum Ordinis puniantur.

IX. Neminem rursus latet, quanta diligentia opus sit ad servandam castitatem undequaque illibatam; propertereaque decet omnes vigilare, *avertentes oculos suos ne videant vanitatem* (*a*), occasiones quaslibet ruinarum, familiaritates in Regula vetitas sic evitantes, ut inde suspicionibus, malæ famæ, scandalis viam omnem præcludant, veluti qui *debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus* (*b*), quippe voluptatibus carnis, professione nostra, nuncium misimus. Æquum proinde est ad vitandas suspiciones omnes, & ad pericula præcavenda, adamussim observari Constitutiones Apostolicas; nimirum ut nullus è Conventu exeat, nisi causa probata, & impetrata singulis vicibus licentia, & benedictione accepta à Superiore, qui Socium non petentis rogatu, sed suo arbitrio adsignabit. Turpe est enim, ac prorsus dedecet Religiosum absque Socio incedere. Rediens autem benedictionem denuo recepturus adeat Superiorem, qui à Socio diligenti facta inquisitione, omnes exeuntis motus, moras, cæteraque ad rem pertinentia investigabit.

X. Quoniam vero experientia constat, delectum Juvenum ad habitum recipiendorum, ac in iisdem educandis sollicitudinem ad decorem, firmitatem nostri Ordinis unicè conducere, atque re secus se habente, omnia ferè mala redundare, volumus ad unguem omnino omnia servari, quæ Summi Pontifices, decreta Apostolica, Constitutiones Ordinis, ac Prædecessores nostri hanc in rem salubri, sapientique dispositione præscripsere. His omnibus propterea inhærentes Ministri Provinciales, & cæteri ad quos spectat, non ante quempiam ad habitum Religionis admittant, quam solerti industria exploraverint natu-

(*a*) Psalm. 118. 37. (*b*) Rom. 8. 12.

turæ illius dotes, ingenii indolem, & spiritum vocationis: *Diligenter exquirant quo spiritu, qua mente, ac voluntate hoc regularis vitæ genus eligere velint, quem sibi finem proposuerint; num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & ut Deo liberius famulari possint; an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu ducantur* (*a*), vel etiam majoris inopiæ vitandæ causa. Diligens itidem fiat inquisitio de cujusque natalibus, de habitudine corporis, deque vitæ anteactæ moribus; rejectisque omninò ignotis, segnibus, rudibus, indevotis, nullo cœlesti ductu ad hoc rigidioris vitæ genus vocatis, nonnisi illos recipiant, quos benè moratos, viribus corporis valentes, ac ingenii acie præditos ita noverint, ut in pietate perinde ac in litteris proficiendi spem haud dubiam præseferant. *Neque ad habitum regularem aliquis in Ordine recipiatur, nisi prius plene informatus sit de præceptis Regulæ obligantibus in conscientia, & plena hac notitia velit probationem subire* (*b*). Nec vos fallat vana fütilis ac noxia multitudinis cupido; etenim quum experti fuerimus, abusus in nimia multitudine vix & nullo modo vitandos impunè grassari, exactæque paupertatis violationem inde potissimum originem ducere, hinc volumus Fratres nimium succrescentes ad eum præcisè numerum reduci & in posterum conservari, *qui* juxta decreta Concilii Tridentini *ex consuetis eleemosinis commodè possit sustentari* (*c*). Probè conscii personis cujuscumque ætatis opus esse ad obeunda Instituti nostri munera, omnem prorsus receptionem non interdicimus quidem, attamen hanc deinceps œconomiam servandam in receptione ad habitum jubemus, qua in unaquaque Provincia is tantummodo Fratrum numerus supersit, qui ad divinum cultum, & Christiani populi instructionem necessarius sit atque utilis. Adeo nimirum ut omnes & singuli (demptis infirmis & inhabilibus) præter servitium Chori in aliquo alio Conventus officio sint

(*a*) Bulla Clement. VIII. 19. Martii 1603. (*b*) Brev. Innoc. XI. 20. Novemb. 1679. (*c*) Sess. 22. c. 3.

sint occupati. Quamquam receptionem omnem prohibituri in illis Provinciis, in quibus collapsam Regulæ, Monasticæque disciplinæ omnimodam observantiam noverimus, conscientiam oneramus eorum, qui ad visitandas Provincias in dissitis Regionibus existentes destinabuntur, & illorum pariter qui istiusmodi relaxationem ignorare nequeunt, atque injungimus, ut quantocius Nos certiores reddant, ut opportuna remedia adhibere, morbis valeamus. Inhibemus quoque Novitiatum erigi, vel erectum conservari in illis Conventibus, in quibus forte impedimentum aliquod aliundè inevitabile obstat omnimodæ observantiæ eorum omnium, quæ in istiusmodi Conventibus, & Constitutiones Apostolicæ, & Statuta Ordinis observari volunt, atque præcipiunt.

XI. Juvenum quoque ad habitum Religionis admissorum cura sollicita, instructio, educatio nonnisi viris probis, religionis zelo, & gravitate morum præstantibus, ætate maturis, prudentia, & eruditione conspicuis committatur, qui nempe verbo, & exemplo possint, & velint viam perfectionis illis ostendere, docentes eos servare omnia, quæ nosse illos ac profiteri oportet, ne alioqui brutorum adinstar profitentes ad victimam potius quam ad vitam ducantur; & professio, quæ illis via ad salutem esse debuerat, in laqueum mortis convertatur. Ne igitur istiusmodi deplorandæ nimis calamitati aliquis imprudens subjaceat, *Non admittatur ad professionem regularem nisi prius examinatus sit de intellectu Regulæ, & præceptorum ejus, & deinde immediate ante illam coram tota Communitate fiat ei protestatio, quod ad observantiam Regulæ cum omnibus ejus præceptis tunc enumerandis, & exprimendis obligetur in professione, eamque protestationem admittat, & sub ea professionem faciat* (a).

XII. Expleto probationis anno, emissaque professione, nihil pristinæ sollicitudinis, curæ, ac educationis remittendum cum illis est, sed in religiosa vivendi ratio-

ne,

(a) Brev. Inn. XI. 20. Novemb. 1679.

ne, & regularis disciplinæ observantia stabiliri, confirmari, & promoveri debent. Quapropter in Conventibus Recollectionis, seu Professorii collocentur sub disciplina Magistri iisdem, quibus Magistri Novitiorum, dotibus præditi, qui unà cum illis in loco à cæteris segregato habitans, eosdem in doctrina spiritus ad normam Constitutionum Apostolicarum omni studio instruat, ut tandem in decus Religionis, & Juvenum profectum cedat illud Salomonis: *Adoleſcens juxta viam ſuam etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea* (*a*). Futurum enim exinde speramus ut (quum ipsi aliorum regimen aliquando sint subituri) quam ab adolescentia didicere vivendi methodum, hanc cæteris amplexandam ostendant. Hinc omnibus modis connitendum est, ut juxta Decreta Apostolica Magistri eligantur ii, qui anteactæ vitæ exemplo probati sint, orationis, & mortificationis operibus addicti, prudentia, & charitate freti, non sine affabilitate graves, cum mansuetudine zelum Dei præseferentes, ab omni cordis, & animi perturbatione, ira præsertim, & indignatione, quæ charitatem lædunt, quam longissimè alieni; tales denique sint, qui in omnibus semetipsos exemplum bonorum operum præbentes, ac prorsus irreprehensibiles, Juvenibus suæ curæ concreditis venerationi, & amori potius sint, quam timori. Quum verò sollicitudo isthæc cæteris Clericis omninò conveniat, omnes proinde saltem Sacerdotali Ordine nondum insigniti sub diligenti alicujus directione permaneant; quo magis in Evangelica perfectione proficiant, perfectius addiscant, & exactius adimpleant ea, quæ alios edocere aliquando oportebit.

XIII. Cura quidem Clericorum benè instituendorum debet esse præcipua, non idcircò tamen prætermittenda est religiosa Conversorum instructio; quum etenim hi perinde ac Clerici eamdem profiteantur Regulam, istorum quoque perfecta educatio plurimum confert ad Religionis decorem, Christifidelium ædificationem, exemplum,

 at-

(*a*) Proverb. 22, 6.

atque utilitatem. Quamobrem ut uberiores fructus pro statu, & qualitate sua referant, & ipsi sub cura ejusdem, vel alterius Magistri usque ad completum sexennium piis operibus, & mortificationibus exercitati, de rebus spiritualibus, præsertim vero de modo peragendæ orationis mentalis sollicitè instruantur. Ad hæc Ministrorum Provincialium erit in singulis Capitulis, & Congregationibus designare pro quolibet Conventu Religiosum pium ac doctum, qui singulis saltem diebus Dominicis, nulla excepta, Festisque solemnibus Cathechismo operam det, seu Christianam Doctrinam explicèt: quo impedito per alium à Superioribus Localibus substituendum idem fiat, adeo ut superiores Locales sub pœna privationis officiorum suorum nequeant tam salutaris, & necessariæ instructionis omissionem permittere. Huic instructioni intersint Clerici nondum Sacerdotio initiati, Fratres Laici cujuscumque ætatis, aliique si qui sunt in Conventu, hoc pio exercitio indigentes: singulatim interrogentur omnes, omnes edoceantur dogmata Christianæ Fidei juxta explicationem Cathechismi Romani; ac demum seriò instruantur in omnibus, quæ ad salutem æternam consequendam, ad profectum in virtutibus Christianis, atque ad exactam præceptorum Regulæ, & votorum Deo nuncupatorum observantiam conducunt, nec possunt absque periculo salutis æternæ à quopiam ignorari.

XIV. Præ omnibus autem, quæ ad instaurandam Regulæ, & aliarum Legum observantiam conferre possunt, præcipuum sibi locum vindicat Superiorum delectus, proindeque omni studio adlaborandum est, ut Fratrum regimen Religiosis illis committatur, quos zelo Domini, morum probitate, doctrina, vitaque exemplari præditos esse constat. Nos quidem, favente Deo, viros probos cuicumque Provinciæ in promptu esse confidimus, hisce dotibus ornatos: dolemus tamen præpotenti quandoque aliorum arte illos oblivioni datos esse, atque à consequendis Ordinis gradibus, officiis, & dignitatibus omni conatu arceri. Malo huic quantum cum Domino possumus

oc-

occurrere volentes, primùm cum sæpe laudato venerabilis memoriæ Innocentio XI. *Statuimus neminem eligi posse in Prælatum, sive Superiorem in Ordine, qui vitam communem Observantiæ non sequatur, hoc est, qui frequenter equitet, seu infirmitatem, qua ab obligatione pedibus incedendi excusetur, habeat; qui indusiis seu camisiis aut lineis utatur apud se, vel in lecto; qui calceatus incedat; qui jejunia Ecclesiæ, & Regulæ non observet; qui aliquando visus sit contrectare pecunias, nisi jam per triennium saltem emendatus sit; qui notabiliter defectuosus sit in adsistendo communitatibus Chori, Refectorii, & aliis, prout sibi in Constitutionibus præscribitur* (*a*). Deinde Electores omnes hortamur, ut in Capitulis, & Congregationibus intermediis celebrandis, sepositis partium studiis, unde jurgia, schismata, dissidia, contentiones, scandala oriri solent, Deum solum ad normam juramenti electionibus præmittendi præ oculis habentes, nonnisi digniores, atque ad instaurandam, conservandam, promovendamque disciplinam regularem aptiores eligant, illisque gradus, dignitates, & officia conferant. Falluntur enim quammaximè; si putant suæ ipsorum dispositioni liberam esse electionem, & proinde dignioribus præponunt sibi magis acceptos, aut necessitudine aliqua conjunctos; non sunt nisi administri juris, à quo si declinent, injustitiæ, & perjurii rei sunt, Religioni dedecus inferunt, & damnum, Deo autem maximam injuriam irrogant. Quum verò sola officiorum, graduum, & dignitatum ambitio indicium sit non ambiguum indignos esse qui ambigunt: *Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat* (*b*). *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron* (*c*): propterea caveant omnino sibi Fratres omnes ab officiis, & gradibus directè, vel indirectè procurandis; multoque etiam minus Superioribus molesti sint modis illicitis, quibus Magnatum favore officia, & dignitates se consecuturos confidunt: si se-

(*a*) Brev. cit. 20. Nov. 1679. (*b*) 2. Corinth. 10. 18. (*c*) Hebræor. 5. 4.

secus egerint, & à quocumque gradu arcendos illos, & pœnis per Constitutiones Apostolicas præscriptis plectendos esse decernimus.

XV. Denique paucis absoluturi, quæ sanctimoniæ in Ordine conservandæ magis inserviunt, damus ad litteram postremi Valentini Capituli Generale Statutum, quod est hujusmodi: *Regularem disciplinam, Regulæque nostræ observantiam, ubi viget, retineri, ubi verò opus fuerit, instaurare ex animo volentes; Provinciarum Ministros, aliosque inferiores Prælatos hortamur, monemus, & in Domino requirimus, ut in hanc rem probatas nostri Ordinis leges omni diligentia servare, & servari curent, nominatim de Juvenum ad Ordinem admissione, & admissorum educatione; de Studentium moribus, & disciplina; de Lectorum qualitatibus, & de modo legendi; de tollenda evagatione; de oratione mentali; seque, & subditos ita contineant, ut Deo fideles, Ecclesiæ, & Reipublicæ utiles, omnibus Christi bonus odor sint in omni loco. Pro firmiori autem Regulæ, Statutorum, & bonarum consuetudinum custodia, renovato Statuto Toletano anni* 1633. *Ministri Provinciales sub officiorum privatione in omnibus Provinciarum Capitulis, & Congregationibus in pleno Definitorio specialem, & accuratam consultationem, & tractatum habere debeant de extirpatione abusuum, si qui irrepserint, deque disciplinæ Regularis conservatione, & promotione; & de ejusdem consultatione, & tractatu, factisque deliberationibus Superiores Generales certiores reddere teneantur. Cumque in eamdem rem conferat vigilantia Visitatorum pro ut olim factum in Capitulo Romano ann.* 1651. *rogantur Superiores Generales, ut in eorum delectu pro sua in Deum pietate omne studium adhibere velint, ac tales eligant, qui probitate, scientia, verbi, & exempli præstantia ad Visitationem piè utiliterque obeundam, vel maximè idonei sint, quique zelo Dei constitutas pœnas à transgressoribus exigere non reformident* (a). Hactenus Patres Definitorii Generalis.

(a) Seſs. 16.

lis. Nostra certè quod interest, in Visitatorum delectu omnem operam adhibituri, eos omnino repellemus, qui muneri huic peragendo ultro se offerent, vel alienis importunis precibus Visitationem extorquere conabuntur: Quos verò ad visitandas Provincias destinaverimus, Monitos insuper volumus, ut à quibuscumque, vel etiam spontè oblatis, muneribus sese prorsus abstineant; atque Visitatione peracta Nobis (vel aliis, ad quos spectabit) abusus omnes tam communes quam particulares fideli relatione communicent, ut opportuna morbis remedia adhibere possimus, & ea executioni mandanda satagamus, quæ ceu magis proficua, & ad monasticam disciplinam, regularemque observantiam instaurandam magis conducentia exoptat Definitorium Generale.

XVI. Cæterum quum Seraphicus Patriarcha S. Franciscus *non sibi soli vivere, sed, & aliis proficere vellet* (a) satis inde exploratum cuique est, præter morum sanctimoniam, quæ cuique cordi esse debet, vocationi nostræ undequaque adimplendæ scientiam apprimè conferre, qua nimirum Ecclesiæ, Reipublicæ, Populis utiles constituimur. Hinc ne Officio nostro deesse videamur, quæ doctrinæ in Ordine excolendæ, & magis ac magis promovendæ opportuna judicamus, necessario duximus adnotanda. Primò itaque præter erecta jam Philosophiæ ac Theologiæ studia, volumus, ut in unaquaque Provincia erigantur unum vel plura sacræ eloquentiæ, & Moralis Theologiæ studia, in quibus Juvenes ad sacræ Prædicationis munus, vel ad excipiendas Confessiones vocati sanioris doctrinæ pabulo imbuantur, rectam utriusque officii exercendi methodum edoceantur; atque istiusmodi Cathedris moderandis Religiosi præficiantur excellentiores; quique in pervolutandis explicandisque Sacræ Scripturæ oraculis, Conciliorum Canonibus, & SS. Patrum Operibus luculenta doctrinæ suæ, & eruditionis exhibuerint documenta. Porrò novi nihil molientes, eam doctrinam am-

(a) In Officio ad Laudes Antiph. 1.

ROMA ... EMANUEL

amplecti, & sequi omnes decernimus tum in Philosophicis, tum in Theologicis, Scholasticis, Polemicis, Dogmaticis, & mores spectantibus disciplinis, quam Majores nostri publicè, & privatim docuerunt, & amplexati sunt. Non desunt sanè Ordini Seraphico innumeri inter Sanctos, & Beatos cooptati, quorum doctrina fulget Ecclesia; præsto sunt alii, quorum memoria in benedictione est; & quorum Opera in lucem edita (faxit Deus, ut hactenus inedita eamdem sortem consequantur) saniorem undique doctrinam præseferunt. Istiusmodi certè sunt Beatissimi Patris nostri Francisci, à Joanne Trithemio, Antonio Possevino, aliisque inter Scriptores Ecclesiasticos recensiti, opuscula plura, & varia, quorum lectio ad illustrandas mentes, animosque in Dei amorem excitandos accommodatissima sunt; istiusmodi S. Antonii Patavini, quem Gregorius IX. *Arcam Testamenti, & divinarum armarium Scripturarum* appellavit, pluribus in Sacram Scripturam Commentariis, aliisque Operibus illustris; istiusmodi Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ de re Theologica, deque omni fermè scientiarum genere optimè meriti. Quid dicemus de SS. Bernardino Senensi, Joanne à Capistrano, Jacobo de Marchia, Petro de Alcantara? Quid de Beatis Angelo à Clavasio, Pacifico à Ceredano, Bernardino Tomitano? Quid de Alexandro Alensi, Joanne Scoto, Alvaro Pelagio, Richardo de Mediavilla, Alphonso à Castro, Michaele de Medina, cæterisque innumeris, quorum editis in lucem Scriptorum Ordinis Bibliothecis meminere viri clarissimi Lucas Wadingus, & Joannes à S. Antonio? An non omnes isti pietate simul, & doctrina commendati, Populis ædificationi fuere, & Familiam Franciscanam illustrarunt?

XVII. Ast quum Disciplinæ Theologicæ penes viros religiosos præcipuum sibi locum vendicare debeant, hinc Lectores, prælibatis quæ de Locis Theologicis Melchior Canus, de Locis Catholicis Fr. Franciscus Horantius, de Restituta Theologia Fr. Franciscus Carvajal, deque Studiis Monasticis Joannes Mabillonius eruditissimè scripsere,

Digitized by Google

re, sedulam omnino impendant operam Divinis Litteris, Traditionibus, Conciliis, præsertim Œcumenicis, Summorum Pontificum Decretis, & Sanctis Patribus, quos inter ceu Scholasticæ methodo magis accommodati eminent SS. Augustinus, Anselmus, Doctor Angelicus, & Doctor Seraphicus. Acturi verò de divina intelligentia, & præscientia, de peccato originali, de libero arbitrio, de justificatione, deque id genus aliis controversiis, præ oculis semper habeant splendidissimum Ecclesiæ lumen, & Doctorem, Augustinum, cujus doctrinam Ecclesia ipsamet consecrare visa est, dum in Concilio Tridentino plures Canones, præsertim de justificatione, de gratia, de peccato originali iisdem fermè verbis efformavit: quem Cœlestini Papæ oraculo, *nunquam sinistræ suspicionis rumor aspersit* (*a*); deque eodem loquens Gelasius, ajebat: *De arbitrio tamen libero, & gratia Dei quid Romana, hoc est, Catholica sequatur, & servet Ecclesia, in variis libris B. Augustini, & maximè ad Prosperum, & Hilarium potest cognosci* (*b*). Hæc utique est doctrina, quam ambabus ulnis amplexati sunt S. Bonaventura, Alexander de Ales, Scotus, Gaspar Sasgerus, Christophorus à Capite Fontium, Cardinalis de Lauræa, Franciscus Macedo, Andræas de Bega, aliique ex Majoribus nostris magni nominis Scriptores, qui à vestigiis S. Augustini ne lato quidem ungue declinarunt: mirum proindè haud fuerit, si Majorum nostrorum edocti exemplo, in prælaudatis maximè versandis Quæstionibus Augustinum ceu ducem tutissimum omnino sequendum indicimus. Sed nec in aliis Theologicis controversiis pertractandis desunt ex Majoribus nostris, quos sequamur, Antesignani: Sacræ scilicet Scripturæ arcana duplici in omnes libros sacros Commentario, litterali, & morali illustravit Nicolaus de Lyra: Canonicos Libros luculenta explanatione adornavit Joannes de la Haye, additis Tractatibus de ponderibus, mensuris, monetis, aliisque omnium eruditioni ac in-

(*a*) Epist. ad Galliarum Episcop. (*b*) Epist. ad Possessorem.

intelligentiæ accommodatis : pluribus adversus hæreses conscriptis Libris brevi, facili, gravi, acutissima methodo hæreticos profligavit Alphonsus à Castro: Lutherum, aliosque Acatholicos insectatus est, oppugnavitque disertissimè Gaspar Sasgerus. Quid desiderandum reliquit in Theomarchia de recta in Deum fide Franciscus Fevardentius; aut in Catholicis ad Christianam Theologiam Institutionibus Clemens Monelianus; aut in Mystica Theologia devotissimus S. Bonaventura; & mirabilis pœnitentiæ, & altissimæ contemplationis exemplar S. Petrus de Alcantara? Quæ quum ita sint, eccur quos Minoriticum Ordinem sanctitate, doctrina, eruditione illustrasse meritò gloriamur, eosdem ceu duces, & magistros inoffenso pede sequendos ad unguem non imitabimur?

XVIII. Ut autem ex tot Majorum nostrorum Operibus in lucem editis fructus aliquis in nobis utilitasque redundet; necesse omnino est, ut in iisdem evolvendis, & studium diligens, & tempus opportunum insumatur. Lectores proinde monemus, ut omni cura ac sollicitudine suo officio incumbant; studentes suæ disciplinæ commissos attentè, & pro viribus instruant; singulis diebus ex præscripto nostrarum Legum designatis omnino legant, consuetas disputationes, seu privatas, seu publicas nullo modo omittant, nullatenus quoque à lectionibus vacent, nisi ab iis quas præfert Elenchus; ne vel inviti cogamur pro officii nostri debito suspensione, aut privatione officiorum in eos animadvertere. Similiter ut Lectorum sollicitudo suum finem, ut optamus, consequatur, studentibus concedendum est tempus necessarium, & opportunum, ut suo munere fungantur, & studiis sedulam dent operam; hunc in finem cura Superiorum Localium erit præcipua, & vigilantia assidua, rarò studentibus, nec nisi necessitate cogente, permittere exitum è Conventu propter Missas in aliis Ecclesiis celebrandas, aut propter alium finem, multoque magis invigilabunt iidem Superiores, ne frequentes illis exitus è Conventu permittant, ob solam ipsorum petitionem; vix enim exinde fructum aliquem stu-

studiorum suorum sperare fas esset.

XIX. Tandem quod in hanc rem maximè urget, nostramque pastoralem sollicitudinem, quanta quanta est, exposcit, pars est illa Theologiæ, quæ ad dirigendos mores pertinet, & Moralis appellatur, ceu quæ, si unquam aliàs, hisce præsertim temporibus deturpatur undique, laxioribusque opinionibus ad nauseam usque impetitur. Summus Pontifex Alexander hujus nominis Septimus tot laxas propositiones in rebus morum proscripturus, infectam radicem evellere conatus est, proindeque *damnat etiam summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescentem, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omninò ab Evangelica simplicitate, SS. Patrum doctrina; & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset christianæ vitæ corruptela* (*a*) & meritò prorsus; iste namque opinandi modus tot, & tantis malis viam aperit, *ut complures opiniones christianæ vitæ relaxativas & animarum perniciem inferentes* (*b*) originem inde suam trahere neminem lateat. Firmato scilicet super malesanam hanc versatilemque opinandi methodum principio, quo legi dominetur, præferaturque possessio libertatis, quid non enascitur absurdi? Prodeunt inde legum naturalis, divinæ, & humanæ violatio; impunè grassantur opiniones omnes, quæ viam sternunt exorbitantiæ à legibus Ecclesiasticis & civilibus, elusioni Canonum in sacris Conciliis conditorum: superædificatur super idem infelix fundamentum christianarum virtutum contemptus, nostrarum in Deum & in homines obligationum transgressio; vivendi genus moribus sæculi accommodatum; jejuniorum violatio permissis nulla cogente necessitate sorbitiunculis magis delicatis, &, quod magis refert, nutritioni plurimum conferentibus: deploranda prorsus oblivio, neglectusque ferè intolerabilis earum mortificationum, quarum in Evangelio (quod velimus, nolimus, unica est æternumque per-

d man-

(*a*) In Decret. ann. 1666. (*b*) Ibidem.

mansura omnium nostrarum actionum regula) & mentio frequens est, & necessitas sub periculo amittendæ salutis æternæ omnibus indiscriminatim inculcatur. Ejusdem denique malæ arboris pessimi fructus sunt tot grassantia Regicidii ac Tirannicidii deliramenta; tam spatiosus vindicandarum privata auctoritate ac medio quovis execrabiliori injuriarum campus; verbo, omnium congeries opinionum, quæ viris vel tantillum cordatis stomachum creant, probabilismum ceu patrem suspicit, adeo nimirum ut rem acu attigisse dixerimus doctissimum Mabillonium, dum in hæc verba erupit: *Postquam Neotericorum plurimi sibi campum vendicarunt de humanis actibus & peccatis disserendi, inconsultis sacris Ecclesiæ Canonibus, eo devenit Moralium opinionum relaxatio, ut nullum pene ex criminibus censeatur, quin aliquo indulgenti colore calamistretur* (a). Ab hoc equidem tam laxo pravoque opinandi modo mirum quantum abhorruerint Majores nostri doctrina & sanctitate celebriores, Sancti nempe Antonius Patavinus, Bonaventura, Bernardinus; Beati Angelus, & Pacificus; Cardinalis de Lauræa, Alensis, Scotus, Astensis, Joannes Baptista Trovamala, Philippus Faber, Franciscus Henno, Bartholomæus Durand. Modum huncce non adoptavit Antonius Corduba, qui Probabilismum ab ipsis incunabulis eradicare sategit; non adoptavit denique, ne in immensum excrescat cathalogus, Syrus Placentinus, qui Probabilismum ab hominum memoria eliminare pro viribus conatus est. Hunc Prædecessores nostri totis lacertis insectati sunt, quos inter Rmus. Petrus Marinus Sormanus Mediolanensis in sua ad Missionarios celeberrima Instructione ita decretorie loquutus est: *Quia Nos non latet quamplurima absurda ex nimia opinandi, sub privilegiorum prætextu, ac operandi licentia quotidie oriri posse, quæ scandala & relaxationes suscitare valent, omnibus nostri Ordinis Missionariis, ac aliis sub nostra directione seu obedientia degentibus personis in Domino suademus & mandamus, ut*

(a) De Stud. Monast. p. 1. cap. 16.

ut doctrinas tutiores & probabiliores semper doceant & amplectantur (*a*). His autem cæterisque hac de re Sormani decretis Innocentius XI. approbationem suam, confirmationem, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjecit (*b*). Eadem omnino mens stetit Patribus in Capitulo Generali Mantuano congregatis anno 1762. qui confirmatis præcedentium Generalium Capitulorum hac de re Constitutionibus, mandarunt & præceperunt *Sacræ Theologiæ Lectoribus aliisque omnibus quatenus doctrinas tutiores & probabiliores semper doceant & amplectantur* (*c*). Quod Mantuanum Statutum ad enixas preces Patrum Discretorii Generalis in nuperrimo Valentino Capitulo, transgessoribus privatione officiorum mulctatis confirmatum est, his verbis: *Definitorium Generale conformatur propositioni Patrum Discretorii Generalis, præcipiendo quod ad unguem observentur Decreta tum Capituli Generalis Mantuani, tum præsens Decretum, injungendo omnibus Superioribus sive Familiæ, sive Provinciarum, sive Conventuum, ut attentè invigilent pro observantia eorundem Decretorum, applicando irremissibiliter pœnas privationis officii Lectoribus, Concionatoribus & Confessariis, quos contravenire repererint, & alias graviores, si contumaces se exhibuerint* (*d*). Non itaque novitatis invehendæ causa ducti, sed Majorum nostrorum doctrinæ, Decretis Prædecessorum, ac Generalium Capitulorum Statutis inhærentes, absolutè præcipimus omnibus & singulis curæ ac jurisdictioni nostræ subjectis, ut doctrinas tutiores & probabiliores semper doceant & amplectantur. Quos autem promptè & ad unguem nostris hisce præceptis non paruisse noverimus, pœnis supradictis absque ulla spe veniæ in eos animadvertemus.

XX. Ad hæc, animo recolentes quanti momenti negotium sit Sacramenti Pœnitentiæ administratio, quanta scientia, prudentia, pietasque necessaria ei sit, *qui artem artium*, ut loquuntur SS. Patres, hoc est animarum re-

(*a*) Encyclica ad Mission. Indiar. Occident. (*b*) Brev. *Ecclesiæ Catholicæ* die 16. Octobris 1686. (*c*) Sess. 15. (*d*) Sess. 15. Fam. Cism.

gimen suscipientes, Dei vices agunt in terris, ejus nomine judicium exercent in animas, quas vel dimittendo peccata solvere debent, vel ea retinendo ligare, Superiorum Provincialium conscientiam oneramus, iisdemque injungimus, ut hujus ministerii exercendi facultatem non faciant iis, quibus dotes desunt propriæ Judicis, Doctoris, & Medici, cujusmodi sit oportet Confessarius; excludantque omnino ab audiendis confessionibus, quos vitæ probitas, christianæ pietas religionis non commendat, aut manifestus in sextum Decalogi præceptum infamat reatus. Neque ante hujusce muneris obeundi copiam alicui faciant; quàm examen ad apices juris efformatum subierit, atque saniori se esse morali doctrina satis imbutum ostenderit. Qua de re Examinatores (quos doctrina & zelo Dei probatissimos institui peroptamus in unaquaque Provincia) hortamur, ut omni solertia expiscari curent, quam doctrinam ebiberint & sequantur: an *Canones Pœnitentiales* calleant & spiritum ipsorum sicuti & usum, quem modo obtinent: an in propositionibus per Summos Pontifices proscriptis versati adeo sint, ut pro data opportunitate alteram ab altera, bonum à malo, verum à falso discernere queant; ac diligenti instituto examine nullo modo ad excipiendas confessiones admittant eos, quos aut scientiæ sufficientis defectu, aut Probabilismo laborare cognoverint. Meminisse enim debent Ministri ac Examinatores rationis strictitissimæ, quæ pro animabus pretiosissimo sanguine Jesu Christi redemptis, & Confessariorum inscitia salubri æternæ vitæ pabulo non refectis ipsos Deo reddenda manebit; si alicujus aut ignorantiæ, aut alterius dotis defectus conscii nimia propensione, exiguitate animi, aliove affectu ducti, indulgentiam justitiæ præponderare permiserint. Sanè, quum Moralis Theologiæ scopus sit, humanos actus dirigere, hominesque rectam salutis viam edocere, nec possint viam hanc, si ipsos latet, cæteris ostendere Directores & Confessarii, stultitiæ vix & nullo modo ferendæ est eorum opinio, qui munus excipiendarum Confessionum, & Theologiæ Moralis

stu-

Digitized by Google

studium committendum illis adserunt; quibus satis aptum ad alias scientias addiscendas non suppetit ingenium. Sed & ad Confessarios adprobatos protrahenda est Ministrorum Provincialium vigilantia; nempe hi quoque tempore Visitationum ad examen revocandi sunt, omnique diligentia investigandum: an cognitiones ad ministerium tam sublime & arduum exercendum necessarias teneant, an sint in hujusmodi studio assidui, ac proficiendi in eo solliciti: & si quem inhabilem invenerint, à studiis frequentandis alienum, aut alicujus criminis reum, hunc ab audiendis confessionibus omnino suspendere debent: quemadmodum & arcere ab audiendis in Ecclesia mulierum confessionibus Juvenes Confessarios, prudentia quemque edocente, ministerium istud viris dumtaxat gravibus ac maturæ ætatis esse committendum. Ipsos demum Confessarios hortamur, ut quodnam officium exerceant, & cujus judicis vices gerant, seriò cogitantes, absolutionem impertiantur iis quidem, quos suorum pœnitet peccatorum, quosque sinceræ cum Deo reconciliationis, & anteactæ vitæ emendationis signa haud ambigua præseferre prudenter judicaverint: illis verò, qui debitis dispositionibus carentes, nullamque aut satis dubiam emendationis spem facientes, Sacramento Pœnitentiæ illusuri potius sunt, quam ipsius beneficium & fructum consecuturi, denegent absolutionem, seriòque sui periculi monitos omnino dimittant. Ut autem magis magisque proficiant in exercitio istius ministerii, cessent nunquam Confessarii à legendis sanioris doctrinæ libris, quos inter, præmissa Canonicorum Librorum, præsertim Epistolarum Apostoli Pauli lectione, præcipuum locum tenere meritò poterunt Summa Doctoris Angelici; libri S. Bonaventuræ, quorum titulus: *Sermones de decem præceptis*: *Confessionale*: *De pugna spirituali contra septem vitia capitalia*, aliaque ejusdem Seraphici Doctoris Opera Mystica, uti & reliquæ Summæ quorum supra meminimus: è contrario mittant omnino nuncium Auctoribus omnibus, qui proprias speculationes venditaturi, morum disciplinam sophismatibus suis & cavillis infer-

fercire potius, quam sanis explicationibus donare, aut per vera principia tradere studuerunt.

XXI. Apostolicum quoque Prædicationis munus, quod suo exemplo consecrare dignatus est Christus Dominus, *Prædicans Evangelium regni Dei* (*a*) ac suis discipulis commisit dicens: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ* (*b*). Religiosis dumtaxat concredendum est, pietate, doctrina, morum honestate, ac zelo Dei præditis, quique Ordini nostro laudi, animabus profectui futuri sunt; cæteris vero, qui scientia quavis destituti, aliena ad litteram usurpant, vel hinc & illinc colligentes, & consarcinantes, quæ dicunt ut plurimum non intelligentes, è cathedra veritatis errores forte disseminant; quique ambitionis æstu, vel (quod est auditu magis horrendum) turpis lucri gratia, huic tam pio, ac salutari exercitio incumbere avidius optant, prorsus interdicendum. Huc enimvero spectabant Patres Capituli Generalis Mantuani Decreto illo: *Ne deinceps Prædicatores instituantur, & ad Dei verbum prædicandum nonnisi illi admittantur, de quorum habilitate tam in moribus, quam in doctrina constiterit per publicum examen coram pleno Definitorio Provinciæ faciendum, vel in Congregationibus, vel in Capitulis Provincialibus, vel alia quacumque de causa collegialiter congregato* (*c*). Quum verò non sine ingenti animi dolore intellexerimus in aliquibus Provinciis perfunctorii tantùm examinis genus quoddam institui, illudendæ legi potius, quam observandæ accommodatum, idcircò ex debito pastoralis officii nostri, omnes, quorum interest, obtestamur, ut obligationis suæ memores, ad spiritum legis deinceps attendant; neque indignos ac ineptos in dedecus Ordinis nostri, & ingens Religiosorum omnium detrimentum admittant ad sanctæ Prædicationis ministerium; ipsimet alioqui gravissimam malorum omnium inde oriturorum rationem Deo reddituri.

XXII. Æquali sollicitudine agendum Nobis est, ut Chris-

(*a*) Marc. 1. 14. (*b*) Marc. 16. 15. (*c*) Sess. 13.

Christi nomen & Evangelium apud Infideles quoque, Schismaticos & Hæreticos propagetur, Catholica fides fulgeat, illibata conservetur in fidelibus Regiones illas incolentibus, & magis ac magis ubique gentium augeatur. Quamobrem Religiosos omnes, Deo inspirante, ad opus adeo eximium, & ad salutarem adeo mysteriorum Dei dispensationem vocatos, veluti signo dato invitamus, & quantacumque possumus efficacia in Domino hortamur, ut divinæ vocationi obsequentes, pium hocce desiderium foveant ac manifestent, rem Deo pergratam, & Seraphico Patri nostro S. Francisco certissimè facturi. Etenim Beatissimus Patriarcha, Deo revelante, suæ, suorumque Filiorum pro populorum salute vocationis conscius factus, undecimo suæ conversionis anno, sanctis quinque Fratribus ad Miramolini regnum destinatis, Soldani præsentiam aditurus iter aggressus est eo consilio, ut ipse Orientis, Occidentis illi populis Evangelium Christi annunciantes universum pene orbem, Deo, qui incœperat, opus suum prosequente, ad Christum converterent. Itaque Sancti Patris exemplum imitantes humanis quibusque ac terrenis affectibus exuti, & solius fidei conservandæ dilatandæque zelo inflammati, venite, quotquot estis Filii dilectissimi, properate ad excolendam Domini vineam, *Messis enim multa, operarii autem pauci* (*a*), sic currite ut comprehendatis bravium vocationis vestræ, & animas pretioso Christi sanguine redemptas Christo ipsimet lucrifaciatis. Quantum in nobis est, ne quisquam privatam sui, aut Conventus utilitatem communi Sacrarum Missionum bono longè excellentiori præferens, Religiosis ad Apostolicum istiusmodi ministerium vocatis obicem aliquem vel moram opponere audeat, omnibus Superioribus & Subditis in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ut omnes ad tale munus vocatos pro viribus excitent ad pium hoc desiderium adimplendum, nec illorum quemquam quovis prætextu impedire unquam, aut retardare præsumant. Ministri Provin-

(*a*) Luc. 10. 2.

vinciales *nullis* quidem *eundi licentiam tribuant nisi eis quos viderint esse idoneos ad mittendum* (a), hoc est, excludant, impediantque eos, quos sufficiens doctrina aut morum probitas non commendat, similiter & eos, quos virium corporearum debilitas, & exigua satis valetudo huic oneri ferendo impares reddit; ast cæteris aptis & idoneis gratiosè prorsus concedant litteras testimoniales sua & totius Definitorii, vel sua saltem & Guardiani ac Discretorum Conventus subscriptione firmatas, uti & Lectorum, sub quorum disciplina suorum studiorum cursum perfecere: & hac saltem ratione tam laudabile ac salutare Dei opus promoveant, rem Deo acceptam, Nobisque gratam facturi.

XXIII. Quæ de Lectoribus Philosophiæ & Sacræ Theologiæ cum Generalibus tum Provincialibus providè ac salubriter in Constitutionibus Ordinis, & à Rmo. Patre Prædecessore immediato sancita sunt, ad unguem omnino servari volumus, utque inviolata custodiantur ab omnibus, invigilabimus. Interim eos, quos in Concursibus Generalibus ad ferenda puncta Judices designabimus, admonemus, ut ad meritum, habilitatemque Concurrentium, & nihil præterea, unicè intenti, omnibus æqua lance libratis, eodem cum omnibus pondere utantur, justè judicent, ac Religionis decus & Juvenum profectum semper ut par est, præ oculis habeant.

XXIV. Rursus quæ mox laudatus Prædecessor noster, justi & æqui amator, exhibendique Regibus & Principibus obsequii zelator eximius, datis ad omnes Ordinis Provincias Encyclicis jussit atque decrevit quoad fraudes & furta in tributis & vectigalibus juris regii, auctores fraudum & furtorum hujusmodi, eorundemque fautores, receptatores, aut quovis modo consilium vel auxilium dantes, multiplici pœnarum ipso facto incurrendarum genere, suspensionis scilicet, privationis, carceris, exilii & expulsionis pro qualitate personarum respectivè mulctandos; ea

(a) Cap. 12. Reg.

ea omnia & singula confirmamus, &, quatenus opus sit, innovamus. Etenim præter ingrati animi vitium, vitium, si quod aliud, diris omnibus devovendum, quodque in Supremos Principes committeretur, veluti qui suis in Dominiis clementia summa ac liberalitate pari nos acceptarunt; patrocinio fovent, eleemosinis innumeris sustentant, pluribusque hac ipsa de re, privilegiis & exemptionibus cum regii ipsorum Ærarii damno donarunt & donant; his etiam quæ plurimi omnino facienda sunt, omissis, quis pacato animo ferret, manifestam adeo ac enormem divinæ legis transgressionem? Christus enim Pharisæis & Herodianis id de quo agimus versutè percontantibus absque ulla verborum ambage, apertè respondit: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo* (*a*); quod suo ipse exemplo confirmaturus, ut suo & Petri nomine *didrachma* solveret, Petro *staterem* in ore piscis, patrato miraculo, quærere jussit (*b*). Divinis porro magisterio, exemplo, & miraculo edocti SS. Apostoli, Petrus præsertim & Paulus, nullum non moverunt lapidem, ut Populos hujusce obligationis admonerent: hinc namque S. Petrus ajebat: *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum. Sive Regi tamquam præcellenti, sive Ducibus...... Hæc enim est voluntas Dei* (*c*): Hinc S. Paulus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non enim est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Demum ne qua superesset dubitandi de mente Apostoli, vel potius verba ipsius in pravum sensum detorquendi facultas, ad quæstionem, de qua agimus, definiendam propius accedens concludit: *Reddite ergo omnibus debita; cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem* (*d*). Si ergo *propter Deum, propter*

(*a*) Matth.22. 21. (*b*) Matth.17. 26. (*c*) 1. Petr.2. 13. (*d*) Roman. 13. 1. & seqq.

conſcientiam, tenentur Populi Mandatis Principum obedire; ſi leges ab ipſis latas abſque periculo damnationis æternæ violare nequeunt Subditi; eccur fraudis furtique reos non dixerimus, qui tributa, vectigalia & hujuſmodi jura regia fraudantes, nedum Civiles ſed & Dei legem manifeſtè violare haud metuunt. Ignorantiæ ſiquidem, aut potius malitiæ nullatenus ferendæ eſt eorum doctrina, qui divina omnia & humana ſuſdeque ferentes, ac verbis mendacibus placentia loquentes, rudibus & avaris inſinuarunt olim (utinam non modo) leges civiles in conſcientia non obligare, nec tributa, vectigalia & hujuſmodi directè vel indirectè fraudantes ad reſtitutionem teneri. Præterquamquod enim exploratum cuique eſt, leges omnes legitima auctoritate latas ab æterna Dei lege derivare, ab eaque vim obtinere ſuam, & firmitatem; textus ipſi vix laudati aperti adeo ſunt, ut rem ponant extra omnem prorſus dubitationis aleam, ac ne in luce quidem meridiana cæcutientes genuinus illorum ſenſus latere queat; proindeque mirari prorſus ſubeat, cur paucis abhinc annis recentiores nonnulli in laqueum conſcientiis, animabus in ſcandalum facti, opiniones novas, periculi plenas, vetuſtati inauditas, Evangelio ex diametro contrarias effutire non erubuerint. Non ea certè ſedit SS. Eccleſiæ Patribus, præſertim Auguſtino (*a*) ſententia; non ſtetit pluribus aliis cum veteribus, tum recentioribus, quos inter, pietate, doctrina, eruditione clariſſimus noſter Alphonſus à Caſtro S. Jacobi Compoſtellani Archiepiſcopus, quum dixiſſet leges civiles legitima poteſtate latas in conſcientia obligare ſub pœna peccati lethalis, ac tributa, vectigalia, cæteraque hujus generis fraudantes ſub iiſdem conditionibus ad reſtitutionem teneri, addit: ***Hæc cauſa fuit, quæ me ad hoc opus ſcribendum impulit, ut huic errori peſtifero, quem ſciebam multorum peccatorum fuiſſe cauſam, occurrerem. Timebam enim illud Iſaiæ: Væ mihi, quia tacui! Et illud leonis; qui***

(*a*) Epiſt. 96. al. 124. ad Olimpium.

qui alios ab errore non revocat, seipsum errare demonstrat. Quis enim vir doctus, & catholicus tolerare potuisset tam pestiferam sententiam, quæ docet furta sine peccato exerceri, & quæ furto sublata sunt, sine peccato retineri (a). His omnibus accedit illud, ad Fratres Minores quod spectat, quod vix istiusmodi delictis inquinari illi possint absque paupertatis altissimæ violatione, proindeque in re præsenti quadret illud: *Abyssus abyssum invocat* (b). Quæ quum ita sint, caveant sibi Fratres omnes ab hisce fraudibus furtisque directè, vel indirectè committendis; alioquin absque ulla prorsus indulgentiæ spe pœnas suprarecensitas se omnino subituros meminerint.

XXV. Demum consuetæ miserationis memores, ad illos compassivo affectu convertimur, qui ab Ordine Apostatæ, tamquam oves à grege errantes, vagi & profugi super terram, semper pavidi & timidi, conscientiæ stimulis ob crimen, seu fragilitate seu malitia patratum agitati, cum, vel sine habitu huc illucque extra Conventus discurrunt, eosque paternis vocibus invitamus, & per Jesu-Christi viscera obtestamur, ut antequam in profundum malorum, desperationis nempe ruant, & in barathrum, reatus sui pœnas cum desertoribus Angelis luituri, redeant ad cor suum, indeque ad gremium Religionis revertantur. Viam Nos illis paramus omnino facilem atque spatiosam, condonantes illis pœnas omnes, quas ex præscripto legum ratione Apostasiæ subire deberent, dummodo intra spatium sex mensium à præsentium publicatione litterarum computandum Superioribus alicujus vel propriæ, vel alterius propinquioris Provinciæ Conventus se præsentent. Hoc autem indultum suffragari nolumus iis, qui in confidentiam ejusdem indulti post illius publicationem in gravissimum Apostasiæ crimen prolapsi fuerint; quemadmodum nec suffragabitur illis, qui intra præfixum spatium, ut supra, non revertentur; quinimmo contra omnes ceu contumaces,

(a) De Leg. Pœn. lib. 1. cap. 10. (b) Psalm. 41. 8.

vel in confidentiam peccantes ad apices procedemus, pœnas omnes in lege præscriptas ab ipsis exigemus. Ut autem Apostatarum contumaciam pro viribus reprimamus, injungimus omnibus Superioribus Provincialibus, & Localibus, ut sedulò invigilent, ac nullatenus Apostatas in respectivis ipsorum jurisdictionibus impunè persistere atque vagari permittant. Præcipimus item Religiosis omnibus, qui in alienis Provinciis commorantur, ut intra spatium quindecim dierum à præsentium publicatione ad propriam Provinciam redeant; iis dumtaxat exceptis, qui legitima facultate fulti, in Conventibus *Receſſus* de Familia sunt collocati, vel qui ad absolvenda studia Philosophiæ, vel Theologiæ in alienis Provinciis commorantur, vel actu demum Lectorum aut Concionatorum officio funguntur.

XXVI. Postremò cogitantes quantum Nobis in graviorum negotiorum, rerumque necessariarum expeditione occupatis molestiæ ac distractionis creare possint Epistolæ gratulatoriæ, obsequii, observantiæ, nullius aut vani momenti causa conscriptæ, suademus omnibus, atque mandamus, ut à scribendis mittendisque hujusce generis litteris omnino abstineant: quin etiam cautos ipsos peroptamus in scribendis quoque sibi invicem litteris, nisi dum urget necessitas; ne scilicet, præter jacturam temporis ad solius animæ profectum nobis à Deo concrediti, vel paupertas lædatur, vel gratuita quandoque concessio in grave alterius damnum cedat. In Epistolis autem, quas ad Nos scribere opus erit, quæque superfluis, & inutilibus resecatis breviores erunt, exprimatur clarè, distinctè, ac sine ullis abbreviationibus nomen, patria, cognomen, ubi ita fert consuetudo, Conventus, in quo scribens moratur, ac demum Ecclesiæ ejusdem Conventus titulus. Quum verò Romam pervenerimus Patres Observantes ad Nostrum Conventum S. Mariæ de Aracœli, Patres Reformati ad Conventum S. Francisci trans Tiberim Epistolas dirigant.

XXVII. Hæc sunt, Fratres mei in Domino dilectissimi,

mi, gaudium & corona mea, quæ necesse habui scribere vobis, vel etiam præcipere, ut & conscientiæ meæ, & vestrum omnium utilitati pro viribus consulerem. Superest jam, ut eadem omnia & alta mente retineatis, & ut par est, ritè exequamini; quem proinde in finem omnibus & singulis nostrarum Provinciarum & Custodiarum Prælatis injungimus, ut has nostras præsentes litteras in omnibus, & singulis Conventibus ac Residentiis legi faciant & publicari; Guardianis verò, ut in patrium vernaculum idioma ad litteram translatas semel saltem in anno coram tota Communitate legi curent. Cæterum *misericordissimam Dei nostri clementiam supplices obsecrate, ut in diebus nostris expugnet impugnantes nos, muniat fidem vestram, multiplicet devotionem ac dilectionem, augeat pacem, meque servulum suum, quem ad ostendendas divitias gratiæ suæ* gubernaculo amplissimæ hujus Religionis *voluit præsidere, sufficientem tanto operi, & utilem vestræ defensioni dignetur efficere* (*a*).

XXVIII. Denique id, quod maximè decet, injungimus, fieri nempe ab omnibus obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones pro Summo Pontifice Clemente XIII: pro Regibus, Principibus, & pro omnibus in sublimitate positis, prò Eminentissimo Cardinali universi Ordinis nostri Protectore vigilantissimo, ac pro illis omnibus, quibus nos & Religio nostra Patrocinii, benevolentiæ, ac beneficii jure adstringimur, ut nimirum Deus omnes dirigat in viam salutis æternæ, super omnes dexteram cœlestis auxilii extendat, ac omnes, quæ Deo sunt placita, concupiscant, & tota virtute perficiant; Vobis autem omnibus Seraphicam S. P. N. Francisci Benedictionem peramanter impertimur: *Benedicti vos à Domino, qui errantes peccatores ad Dominum reducitis, viam veritatis illis ostenditis, & vos in sancta Evangelii observatione puros, & sinceros custoditis. Qui vobis benedicit, à Deo benedicatur; qui vos fovet, aut suscipit, mercedem*

(*a*) S. Leo ubi supra.

dem recipiat ſempiternam. Nullam in vobis poteſtatem Satan exerceat; ſupra id, quod poteſtis, non tentet. Vobis ſuper illum, & ſuos ſit imperandi facultas; portas illius poſſidete, & ſpolia diripite. Patris vos adjuvet Potentia, Filii vos dirigat Sapientia, & Spiritus Sancti vos foveat Clementia. Amen (*a*).

Dat. ex hoc noſtro Conventu S. Franciſci Matriti die 19. *Auguſti* 1768.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De mandato Rmi. in Christo Patris

(*a*) In Opuscul. S. P. Franc. Bened. 3.

NC 2007535

Digitized by Google